8
1-b
11

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
27 H
2

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

8. 1. 5. 11.
74
D
22

Digitized by Google

Digitized by Google

BERNARDI MARTINI.

VARIARVM LECTIONVM LIBRI QVATVOR.

In quibus, aliquot melioris notæ authores, tum Græci, tum Latini, variis locis explicantur, illuſtrantur, & à mendis plæriſque vindicantur.

Opus nunc recens in lucem editum.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Coll: Rom: Soc: Iesu. D. S.
Catal: inscr:

PARISIIS,
Apud PETRVM CHEVALIER, in monte D. Hilarij.

M. D C V.

VIRIS CLARISSIMIS,

PETRO ET IOANNI QVARRE',

In ſupremo Burgundiæ Senatu Conſiliariis Regiis.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

QVO tandem conſilio, VV. CC. qua-ue mente, à Iuriſconſultorum reſponſis, ad humaniores litteras, & è ſubſelliorum luce, in vmbraticum hunc puluerem deſcẽderim, vobis forte curæ fuerit percontari: Quid enim in cauſa eſſe potuit, vt veræ ſolidæque Philoſophiæ cognitionetantiſper intermiſſa, ludicrarum exercitationum ſtudium, à quo pridem auerſus mihi erat animus, repetere, & denique ſeria iocis, leuibus magna, æneis aurea mutare decreuerim? Ne vos diutius animis ſuſpenſos teneam, inſtituti mei rationem breuiter exponam. Mihi, ſcilicet, hac in vrbe commoranti, (quæ autem itineris, quæque trimeſtris in ea ſeceſſus & moræ cauſa ſiet vos ſcitis,) cum paulo plus, quam in

aſſiduis, quæ domi obuerſabātur, rerum foreſium occupationibus, otij occurriſſet, id omne amœnioribus Muſis tribuendum cogitaui, vt iniucundam ſenticoſæ illius, & cum iudiciorum anfractibus, tum difficultatum in dies ingruentium tricis exaſperatæ litis tractationem, cui totis viribus incūbebam, dulci earum conſortio & alloquijs lenirem, ac exinde nonnullam tædij leuādi occaſionem caperem. Itaque per ſelectiores aliquot ſcriptores, Poëtas præſertim Græcos, vltro citroque volitare cœpi, & modo leues hinc inde antiquæ litteraturæ ſtricturas animaduertere, modo in editionibus falſi conuincēdis, coniecturæ liberius indulgere: & quia lauta librorum ſupellex, quæ ad id perneceſſaria eſt, deerat, ad confuſas quaſdam, et tumultuaria opera conſcriptas notas, quas antidhac aliud agens, velut in aduerſaria retuleram, recurrendum fuit. Quibus ordinandis ac recenſendis, cum ſubſeciuas aliquot horas impendiſſem, cæque viſæ eſſent in iuſti voluminis formam excreſcere, tum demum illas, veſtris auſpicijs, in publicum emittendas duxi. Ad id duplici ratione impulſus. Prima quidem, vt ritu antiquo, prioribus ſtudijs nuntium remiſſurus, & ea derelictui deinceps habiturus, aliquod artis μνημόσυνον in Muſarum templo collocarem, tholoque appenderem. Deinde vero vt reditum meditanti, quidpiam ad manum eſſet, quod, vt fieri conſueuit ab

ijs qui diu peregre abſfuerunt, pro muſculo offerre poſſem, & tanquam amoris, & obſeruantiæ, erga vos, meæ ſignum certiſſimum, noſtris hominibus, & poſteritati ipſi, ſi tamen id quamtulumcumque eſt poſteris innoteſcet, teſtatum relinquerem. Hoc igitur, quicquid id eſt operis, quod ſentio, quam ſit exiguum, quam indigeſtum, quamque inexcultum, vobis dicatum numcupatumque, æqui bonique coſulite, & ad meliora properantem, ea qua ſoletis beniuolentia amplectimini. Valete, & viuite. Lutetiæ Pariſiorum, pridie Idus April. anno CIↃ IↃCV.

INDEX CAPITVM,

Quæ in his variarum lectionum libris continentur.

LIBRI PRIMI.

Κύκλου τετραγωνισμὸς, & coniectura de Ariſtoteleo quodam loco. Cap. I. fol. 1. *a*

Locus Ciceronis, propter argumenti ſimilitudinẽ cum quodam Xenophonteo collatus. Cap. II. f. 3. *a*

Leui explicatione illuſtratus, Adelphis, Terentius. Cap. III. f. 3. *b*

Qua ratione ſubitum et amicum auxilium à Poetis Græcis exprimatur. Cap. IV. f. 4. *b*

Illuſtratus Plauti locus, in Milite glorioſo. Cap. V. f. 5. *a*

Idem argumenti genus à Platone, Cicerone, & Seneca Tragœdiographo, in perditorum hominum ſcelere exaggerando, vſurpatum videri. Cap. VI. f. 6. *a*

Muliereulas cultui & nitela corporis plus æquo intentas eſſe: Menda ex Terentiano quodam verſu, in Heautontim. ſublata. Cap. VII. f. 6. *b*

An argentum in malis habendum ſit, nec ne? Cap. VIII. f. 8. *a*

Explicatus contra Scholiaſtæ opinionem Æſchyli locus, ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις. Cap. IX. f. 9. *a*

Iulius Pollux, in Onomaſtico, duobus locis purgatus & explicatus. Cap. X. f. 9. *b*

Ira in naſo: & quid δριμὺ μένος apud Homerum

Cap. XI. f.10.b

Salluſtij locus è Xenophonte, & alia quædam tranſcurſim notata. Cap. XII. f.11.b

Vocem, natio, in malam partem apud Latinos, ſicut hodie apud nos, quandoque ſumi, vt etiam ἔθνος *&* γένος *apud Græcos. Cap. XIII.* f.12.b

De Plenilunio & nuptiis quædã ſcitu non indigna: & multis Græcorum Poetarum locis allata lux. Cap. XIV. f.13.b

Fœtus in neutro genere an recte dicatur, et de quodam Gellij loco diſputatum. Cap. XV. f.14.b

Duo grauiſſimorum ſcriptorum loci, propter comparationum ſimilitudinem, inter ſe collati. Cap. XVI. f.15.b

Quod ait Plautus, Amorem condimentum eſſe cæteris præſtantiſſimum, è græco Eueni eſſe mutatum Cap. XVII. f.15.b

Quæſitum quis pater, quæ mater Charitum: Pindari locus apud Clementem Alexandrinum reſtitutus. Cap. XIX. f.17.b

In Epiſtola Sulpicij ad Ciceronem, locus ex Æſchylo, vt videtur imitatus. Cap. XX. f.18.b

Notatus Alexandri Aphrodiſæi error, in Problematis Cap. XXI. f.19.b

Homerici verſus hymno εἰς ἑρμῆν, *emendati, & lauandorum puerorum mos obſeruatus. Cap. XXII.* f.20.b

Quid videatur de alio quodam Homeri verſu? quid νυκτὸς ἀμολγῷ. *Cap XXIII.* f.21.b

Expes, νέπους*: Horatij & Theocriti verſus explicati: & leuis macula quæ cuidam Lycophronis verſui inhæſit, expuncta. Cap. XXIV.* f.22.a

Subtile & ab elato animo profectum reſponſum

Annibalis, à Cicerone melius elegantiuſque, quam à Græco authore videri memoriæ commendatum. Cap. XXV. f. 23. *a*

Horatiana quædam è Græcis ducta: Varronis locus apud Nonium de via correctus & explicatus. Cap. XXVI. f. 24. *a*

Aliquot Homeri verſuum, qui corrupte legũtur, hymno in Veſtam, emendationes. Cap. XXVII. f. 24. *a*

De alio quodam eiuſdem Poëtæ verſu, hymno ἐις ἄρτεμιν. Cap. XXVIII. f. 26. *a*

Ratio, cur à nouis maritis olim ſpargerentur nuces, & patrij cuiuſdam moris origo & cauſa allata Cap. XXIX. f. 26. *b*

LIBRI SECVNDI.

DE Calore Poetico nonnulla: Homeri & Pindari loci quidam inter ſe collati. Cap. I. f. 28.

Quam inſulſi ſint ii, qui exemplorum vſu & ſimilitudine impune ſe peccaturos confidunt. Cap. II. f. 29. *a*

Elegantes aliquot voces, quibus progaſtores & gulæ dediti homines à Poetis græcis nuncupantur. Cap. III. f. 29. *b*

Egregia quædam viri boni Laus, à diuerſæ ſcenæ authoribus, Æſchylo & Philemone animaduerſa. Cap. IV. f. 30. *b.*

Pueris amantes eſſe ſimillimos, & in id aptiſſima trium optimorum authorum ſimilitudines. Cap. V. f. 31. *b*

Lacuna quædam, quæ eximium Plutarchi locum, in Erotico, deformauit, expleta. Cap. VI. f. 32. *b*

Alter Plutarchi locus, in quo Bacidum nomen corruptum

corruptum erat, purgatus. Cap. VII. f. 33. *b*

Reſtituta quadam vox Naſoni, qua ei ab imperitis erepta fuerat, & in aliam mutata. Cap VIII. f. 34. *a*

Notatum Gellij μνμονικὸν ἁμάρτημα. *Cap.* IX. f. 34. *a*

Verſus Homeri, εἰς ἑρμῆν, *correcti & explicati Cap.* X. f. 35. *a*

Aliorum verſuum in eodem hymno emẽdationes: Carmina diuidere quid apud Horatium. Cap. XI. f. 37. *a.*

Aliquot alia, de quibuſdam in eodem hymno locis, coniectura. Cap. XII. f. 37. *b*

De vulgari excuſatione, Non putabam. Cap. XIII. f. 39 *a*

Naſonem cum Theocrito, in quadam re deſcribenda conueniſſe, & alia quadam notatu digna Cap. XIV. f. 40. *a*

De puerorum inſtituendorum ratione apud Gracos: Terẽtij locus in Eunucho illuſtratus. Cap. XV. f. 41. *a*

Praclara quadam ratio, improbitatis notam aut à nobis amouendi, aut alteri inurendi. Cap. XVI. f. 42. *b*

Duorum Ciceronis locorum, alter ab Æſchine, alter a Demoſthene imitatus. Cap. XVII. f. 43. *a.*

Aliquot loci Naſonis, è Theocrito, Euripide, & Homero deprompti. Cap. XVIII. f. 43. *b*

Alienis malis leniter nos affici, à Cicerone & Pindaro dictum. Cap. XIX. f. 45. *a*

Non minus inhoneſtas Pictorum tabulas, quam impudicas Poetarum fabulas, iuuenum animis nocere. Cap. XX. f. 45. *b*

Varronis verſus, qui apud Nonium extant, purgati & explicati. Cap. XXI. f. 46. *a*

Tyrannos in perpetuo metu agere, & ne amicis quidem et cuſtodibus ſuis fidere, Iſocratis, Æſchyli, & vnius etiam Tyranni teſtimonio comprobatum. Cap. XXII. f. 47. *b*

Locus Homeri, hymno εἰς ἀφροδίτην, *correctus.* Cap. XXIII. f. 48. *a*

Quæ res nouitatis, quæ vetuſtatis laude cõmendari debeant. Cap. XXIV. f. 48. *b*

De Sophoclis ſeneſcentis a rebus venereis abſtinentia. Cap. XXV. f. 49. *a*

Odes cuiuſdam Horatianæ εἰκὼν *ex Ariſtophane petita.* Cap. XXVI. f. 50. *a*

Vlyſſem breuis ſtaturæ fuiſſe, & ideo Nanum vocatum: contra Mureti opinionem explicatus Atij locus ex alio Pindari. Cap. XXVII. f. 52. *b*

Sententia cuidam Sophocleæ Menandrea ſimilis allata. Cap. XXVIII. f. 53. *a*

LIBRI TERTII.

QVanam vera & certa fuerit defectus Oraculorum cauſa. Cap. I. f. 54. *a*

Conuiuæ, nautæ & poculorum remiges dicti, cur & vnde. Cap. II. f. 56. *b*

Κῦμα χερσαῖον, ναυηγὸς φιλίης, *et alia quædam ſimilia.* Cap. III. f. 57. *b*

Duarum vrbium nomina, quæ in Homeri hymnis corrupte leguntur, reſtituta. Cap. IV. f. 58. *b*

Duo certiſſima hominis imperiti indicia, vnum ex Platone, aliud ex Terentio notatum. Cap. V. f. 59. *b*

Iuuenem, ingenio & moribus ſenem ſe præſtare,

magna laude haberi, & in id plurium Græcorum ptorum authoritates. Cap.VI. f.59.b
mblema quoddam Alciati e Platone deſum-m. Cap. VII. f. 60.b
Harmoniam, non Hermionem, Cadmi coniugem ſſe: Menda e quodam Naſonis verſu ſublata. p. VIII. f. 61.b
Innuptæ nuptiæ, vita inuita, θάνατος ἀθάνατος, *alia quædam eiuſmodi.* Cap. IX. f. 62.a
Antithetorum alia aliquot exẽpla. Cap.X. f.63.a
De alia quadam Antithetorum ſpecie. Cap. XI. 64.a
Locus Alcæi cum alio Plutarchi collatus. Cap.XII. 64.b
Verſus Æſchyli in Prometheo explicati & illuſtrati. Cap.XIII. f.65.b
Reſtituta vox quadã Sophoclis apud Athenæum, & Stobæum, quæ ille Euripidis ἀμισογύνειαν *notabat.* Cap.XIV. f.66.b
I*nſolens & parum vſitata vocis,* ῥυθμὸς, *ſignificatio notata, et Homerici verſus tentata correctio.* Cap.XV. f. 67.a
Quis bene imperare poſſit? Cap. XVI. f. 68.a
Diuerſæ duæ Catulli à Scaligeri intellectu, explanationes. Cap. XVII. f. 68.b
Illuſtrati ex Aſinaria, Plauti verſus. Cap.XVIII. f. 70.a
Theocriti, ἐν ἀλιεῦσι, *verſus emendati & explicati.* Cap. XIX. f. 70.b
De alio eiuſdem authoris in eodem Eidyllio verſu diſputatum, & vetus lectio contra viri docti opinionem probata. Cap. XX. f. 71.b
Quid ſit perfluere, quid difluere apud Terentium. Cap. XXI. f. 73.b

Græci aliquot loquendi modi, qui in Gallicum ſermonem irrepſerunt, notati, & Homerus contra Plutarchum defenſus. Cap. XXII. f. 74. *a*

Verbum δειπνόειν *in eadem ſignificatione ſumptum apud Græcos, qua in latino & Gallico ſermone nonnumquam ſolet vſurpari. Cap. XXIII.* f. 76. *b*

Cur & qua ratione faciant oculi amoris incendium: explicatus Pindari & Apulei locus. Cap. XXIV. f. 76. *b*

Emendationes trium Homeri locorum, hymno in Apollinem. Cap. XXV. f. 77. *b*

Conatus purgandi corruptiſſimum Varronis locum é Satyris. Cap. XXVI. f. 78. *b*

Terentiana quædam e Græcis mutuata. Cap. XXVII. f. 80. *b*

Fragmentum quoddam Sapphûs, quò ſe ne mortuã quidẽ obliuioni traditã iri gloriatur. Cap. XXVIII. f. 84. *b*

LIBRI QVARTI.

ILluſtrati verſus aliquot Horatiani, & Ludorum puerilium ſpecies quædam notatæ. Cap. I. f. 82. *b*

Aliquot alij pueriles ludi: ſeu exercitatiuncula quæ vt olim Græcis, ita etiam hodie Gallis vſui ſunt, μυῖα, χύτρα, μηλολόνθη. Cap. II. f. 84. *a*

Vox antiqua e ſitu & tenebris ad lucem reuocata, & Ciceroni, *cui iampridem erepta fuerat, manuſcripti codicis authoritate & fide reſtituta.* Cap. III. f. 85. *b*

Iuuenalis locus e duobus Græcis, vt videtur, imitatus. Cap. IV. f. 86. *b*

Animum libro ſimilem eſſe: multis Græcorum ſcriptorum locis allata lux. Cap. V. f. 87. *a*

Pallas Myndia: duobus locis correctus & explicatus Lycophron. Cap. *V*I. f. 87. *b*

De baſiis quædam ſcitu non indigna: & menda de quodam Euripidis verſu ſublata. Cap. *V*II. f. 88. *b*

Homeri & Pindari verſus emendati & explicati. Cap. *V*III. f. 90. *a*

Virgea flamma, πώγων πυρὸς, virgata ſagula. Cap. IX. f. 91. *a*

Quòd Alexander ab Alexandro, de aſpera & dura puerorum apud quaſdam gentes inſtitutione tradidit, Poëtarum Græcorum authoritate confirmatum. Cap. X. f. 91. *a*

Iram in fœmina, *odio & pudore mixtam maxime periculoſam eſſe, Euripidis, Senecæ, Iuuenalis, & Naſonis teſtimonio comprobatum.* Cap. XI. f. 92. *b*

Cur Demoſthenes in oratione funebri Bacchum nominare vereatur, quæſita cauſa, et alia quædam in eam rem notata. Cap. XII. f. 93. *a*

Pudorem oculis inſidere: Xenophontem *male á Longino reprehenſum videri: & leuis macula e quodam Platonis loco ſublata.* Cap. XIII. f. 95. *a*

Acutum Fabij reſponſum, à Cicerone & *Plutarcho, litteris conſignatum.* Cap. XIV. f. 96. *a*

Attij & Pacuuij plures, ex Armorum iudicio, verſus emendati, explicati, & à Naſone imitati. Cap. X*V*. f. 96. *a*

Duorum Theocriti verſuum, correctus vnus, alter illuſtratus. Cap. XVI. f. 99. *b*

Verſus Homeri, εἰς ξένους, correcti & explicati. Cap. XVII. f. 100. *b*

Percurritur hymnus Homeri, εἰς πᾶνα. Cap. XVIII. f. 101. *b*

Menda de quodam Æſchyli verſu ſublata.

Cap.XIX. f.102.*b*

De Protogenis Ialyſo, et quid in ea tabella depictũ fuerit. Cap.XX. f.103.*a*

Aliquot eorum exempla, qui cum ſtudio legum & cauſidicinæ incumbere cœpiſſent, ab eo deſtiterunt, animaduerſa, & Nicephorus imprudentia notatus. Cap.XXI. f.104.*b*

Græcorum, cum elonginquo itinere in patriam redirent, eam ſalutandĩ mos præclare à Virgilio obſeruatus. Cap.XXII. f.105.*b*

Gloriam vère eſſe virtutis vmbram, notatum ex Cicerone & Pindaro. Cap.XXIII. f.106.*b*

TYPOGRAPHVS LECTORI.

AVTHOR huius Libri dum male-feriatæ liti incumbit, ac grauioribus diſtringitur curis, tumultuariæ huic Editioni operam nauare non potuit. Itaque ſi quæ inter legendum errata Typographica occurrant, (nam nonnulla fateor commiſſa, quædam etiam omiſſa, eorum præſertim quæ ad oram libri notata erant) vti (LECTOR) pro tua humanitate emendata velis rogo, INTER BONOS BENE AGIER OPORTET.

BERNARDI MARTINI,

[V]ARIARVM LECTIONVM LIBER PRIMVS.

Κύκλȣ τετραγωνισμός, *Et coniectura de Ariſtoteleo quodam loco.*

Cap. I.

Elebris imprimis, & numquam ſatis laudata illa vox, quam ab eo, cui principem in ſeptem Græciæ ſapientibus locum aſſignauit antiquitas, emiſſam ferunt, in eo ſermone, :m de incerto humanæ felicitatis curſu, cum rſo quondam habuiſſe dicitur, Neminem, ſcit, verè felicem, ac beatum exiſtimandum eſſe, ndiu mortali hoc corpore incluſus, intercepjue eſt, ſed extremam vitæ lineam, & vltimum pirantis halitum exſpectandum, quo, tute, & ſillo errore, de præteritæ beatitudinis cumulo, mplitudine poſſit iudicari: idque propter vbidominantem fortunæ inſtabilis, & quæ in ſua um inconſtantia conſtãs eſt, leuitatem, varios, iopinatos humanarum rerum euentus, & om-

nium denique eorum, quæ toto terrarum ambitu continentur, fluxam, & caducam naturam. Et vero, in Tragœdiis, idem quoque ſæpius vſurpatum inuenitur, vt apud Euripidem, miſera Priami vxor, profligato regno, vrbe capta & incenſa, tot tantaſque ſtrages & funera ſuorum paſſa, magnam eam, & inpræuiſam rerum mutationem animo reuoluens ait,

Χρὴ δ' οὔποτ' εἰπεῖν ὄλβιον οὐδένα βροτῶν
Πρὶν ἂν θανόντος τὴν τελευταίαν ἴδῃς,
Ὅπως περάσας ἡμέραν ἥξει κάτω.

Hac etiã aurea gnome Oedipum tyrannum ſuam claudit Sophocles, & ex eius Tereo, in eandem ſententiam, ſenarium hunc citari memini in commentariis græcis,

Μήπω μέγαν εἴπῃς, πρὶν τελευτήσαντ' ἴδῃς.

Hoc autem nobile Solonis, ῥησείδιον, licet ſapienter, & è rei veritate prolatum, profectumque ab animo excelſo, & humana parum curante, nemini non videatur: grauiter tamen, & acute, pro more ſuo, perſtringit Ariſtoteles, primo, quæ ad Nicomachum filium ſcripſit, Ethicorum libro, docetque ſummum bonum, & veram hominis felicitatem, quam, in actione ſtudioſa & virtuti conſentanea conſtituit, non ex ſecundo vitæ curſu, ſed ex ipſo tantum homine eſſe metiendam, cum ſortis quidem alea ſemper dubia ſit, & lubrica, & numquam certo iactu cadat, beati vero hominis ſtatus ſemper immobilis, & ſibi ſimilis, ac ſemper idem exiſtat, ſiue proſpera, ſiue aduerſa vtatur fortuna, καὶ τὰς τύχας, inquit, οἴσει κάλλιστα· καὶ πάντη πάντως ἐμμελῶς ὅ γ', ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸς, καὶ τετράγωνος ἄνευ ψόγου. Quibus poſtremis verbis vi-

tur Philoſophus Simonidem ſecutus, qui iam te in quodam, ad Scopam Creontis Theſſali fi- m, carmine, dixerat, virum bonum, manibus, dibus, & mente, ad amuſſim quadratum eſſe. d qui a mancum, neſcio quid, & mutilum in Græ- illis ſuſpicor, adſcribam integrum Simonidis :um, vt à Platone refertur, in Protagora. ἄνδρα αθὸν, ἀληθεῶς γενέσθαι χαλεπὸν, χερσί τε, καὶ σὶ, καὶ νόῳ τετράγωνον ἄνευ ψόγου τετυγμένον. ne, vt libere dicam quod ſentio, τὸ τετυγμένον Ariſtotele deeſſe, & deſiderari crediderim, & o- rarum culpa, quibus id aliud cogitantibus exci- rit, omiſſum fuiſſe. Quamuis participium illud :ile ſubaudiri, quiſpiam forte, Grammaticorum ſtimarit. Verſus Simonidis, quos interuerſo me- modo, & ordine, citat Plato, ſi Iambico trime- › catalectico conſtiterunt, vt veriſimile eſt, cum ei carminis genus præ cæteris frequens & fami- re fuerit, ideoque ἰαμβοποιοῦ à nonnullis co- omen acceperit, quantum coniectura poſſum equi, tribus tantum ſyllabis interpoſitis, & ad- is, huiuſmodi fuerunt.

ὡς ἐστ' ἀληθῶς ἀγαθὸν ἄνδρα, νὴ Δία,
χερσὶ, ποσί τε, καὶ τετράγωνον νόῳ,
χαλεπὸν γενέσθ' ἄνευ ψόγου τετυγμένον.

Quicquid ſit, melius ad viuum exprimi non po- t conſtans, infracti, imperturbatique animi for- ıdo, nulla ruina, nulloque vmquam caſu, ſua le dimouenda, quam ſi cubo compararetur, em, quamcumque in partem vertas, cubus nper eſt, nec vlla quauis mutatione, aut inuer- ne laterum, tollis quadratam formam. At lon- diſſimili, ac diuerſa ſpecie vſus eſt ad hanc men-

tis ſtabilitatem, & ἀπάθειαν oculis ſubiiciendam, ſolertiſſimus Græcorum imitator Horatius: quid enim, quæſo, minus ſimile, imo vero quid magis oppoſitum, & contrarium, quam ſphæricum corpus, & quadrangulare, & eorumdem motus? globoſa enim forma, cuiuſque extremitas omnis, à medio, radijs æqualiter per circumferentiam ductis attingitur, orbiculariter, & cum æquabili circum actione mouetur: cubum autem, ſiue ſchema illud geometricum, quod duobus gnomonibus conſtat, quodam proprio, & peculiari motu ferri certum eſt: nimirum pro diuerſa vtriuſque figuræ ratione. Ea tamen ars, & induſtria fuit Horatij, vt mutans quadrata rotundis, quod ipſe ait, Græci poëtæ cubum in globum verteret, & eundem virum bonum, totum teretem, & rotundum faceret, quem totum quadratum Simonides eſſe voluerat. Verſus Horatiani ſatis noti ſunt hi, è ſatyra ſeptima ſecundi ſermonum.

Quiſnam igitur liber? ſapiens, ſibique imperioſus,
Quē neq; pauperies, neq; mors, neq; vincula terrēt,
Reſponſare cupidinibus, contemnere honores
Fortis, & in ſeipſo totus teres, atque rotundus,
Externi ne quid valeat per leue morari,
In quem manca ruit ſemper fortuna.

Ne igitur eam, quam Mathematici vocant, Quadraturam circuli, tanta, tamque peruicaci animorum contentione amplius inueſtigent, cū iam pridem à Poëta Venuſino excogitata & adinuenta ſit,

ocus Ciceronis propter argumenti ſimilitudinem cum quodam Xenophontæo collatus.

CAP. II.

MAgnam omnino vim habere debuit, ad excitandos populi Romani animos, vt ſocijs à ithridate vexatis opem ferrent, argumētum, quo utho Ciceroniana vtitur, pro lege Manilia: illic um mirabili quodam artificio, pulcherrimaque rum rerum quas veteres Rom. pro ſalute & diitate Reipub. tuenda, præclare geſſerant, cum s de quibus tunc temporis agebatur, comparaone, oſtendit illis turpiſſimum, inhoneſtiſſimumue fore, ſi à maiorum virtute, & in Confœderatis uandis, atque propugnandis alacritate deſciſſent: Eius verba ſunt. *Maiores veſtri ſæpe mercatobus ac nauiculatoribus iniurioſius tractatis, bella ſſerunt: vos tot ciuium Rom. millibus vno nuntio, to tempore necatis, quo tandem animo eſſe debetis? egati quod erant appellati ſuperbius, Corinthum atres veſtri totius Græciæ lumen extinctum eſſe voerunt: Vos eum regem inultum eſſe patiemini, qui egatum pop. Rom. Conſularem vinculis, ac verberibus, atque omni ſupplicio excruciatum necauit?* um coacervatis aliquot huiuſcemodi interrogaonibus, breui repetitione, ſeu ἀνακεφαλεώσει radatim ſurſumverſus rediens ita concludit, *Quaſi propter ſocios, nulla ipſi laceſſiti iniuria maores veſtri cum Antiocho, cum Philippo, cum Aelis, cum Pœnis bella geſſerunt, quanto vos ſtudio nuenit, iniurijs prouocatos, ſociorum ſalutem, na cum imperij veſtri dignitate defendere?* Eius

autem argumenti ſimillimum eſt, quod extat apud Xenophontem, Hellenicis, in ea oratione Patroclis Phliaſij, qua Athenienſes eo conſilij adducere nititur, vt Lacedæmonios iuuandos, & Arcadas, ac Thebanos bellum ijs inferentes, ſuis copijs, ſuoque ſubſidio repellendos eſſe exiſtimarent. τῶν μὲν οὖν, ait, ὑμετέρων προγόνων καλὸν λέγεται, ὅτι τοὺς Ἀργείων τῇ ἐπὶ Καδμείᾳ οὐκ εἴασαν ἀτάφους γενέσθαι· ὑμῖν δὲ πολὺ κάλλιον ἂν γένοιτο, εἰ τοὺς ἔτι ζῶντας λακεδαιμονίων, μήτε ὑβρισθῆναι, μήτε ἀπολέσθαι ἐάσοιτε. Deinde præclarum quoddam Athenienſium facinus ſubiungens, & cum eo quo de agebatur conferens, ita pergit. καλοῦ γε μὴν κἀκείνου ἔργου, ὅτι σχόντες τὴν Εὐρυσθέως ὕβριν διεσώσατε τοὺς Ἡρακλέους παῖδας· πῶς οὐκ ἐκείνου τόδε κάλλιον, εἰ μὴ μόνον τοὺς ἀρχηγέτας, ἀλλὰ καὶ ὅλην τὴν πόλιν περισώσαιτε; πάντων δὲ κάλλιστον, εἰ ψήφῳ ἀκινδύνῳ σωσάντων ὑμᾶς τότε τῶν λακεδαιμονίων, νῦν ὑμεῖς σὺν ὅπλοις τε καὶ διὰ κινδύνων ἐπικουρήσετε αὐτοῖς. quo quidē gradationis ſeu ἐπανοστροφῆς πλεοναζούσης, vt Græci appellant, exemplo, vix, ac ne vix quidem, apud vtriuſque linguæ authores elegantius inueneris.

Leui explicatione illuſtratus Adelphis Terentius. CAP. III.

V*Ah quemquamne hominē in animo inſtituere,*
Aut parare, quod ſit charius, quā ipſe eſt ſibi?

Verba ſunt ſolliciti admodum Mitionis, conquerentiſque, intempeſta iam nocte, nondum tamen à cœna redij ſſe Aeſchinum filium. In quibus id a-

:r notandum, τὸ parare, in ea ſignificatione hîc ıpiendum eſſe, quæ à Donato, & alijs Gloſſogra-s animaduerſa non fuit: proprie enim parare loci idem eſt, quod emere: quia videlicet in ›ptione, arrogatione, mancipatione, manu-ſionibus, & alijs id genus, in quibus num-s dicis cauſa interueniebat, quædam contra-s emptionis forma ſeruabatur. Vnde factum, vt :abula veræ emptioni conuenientia, ad omnes s fiduciarias, & ficticias ſeu imaginarias vendi-nes μεταφορικῶς tranſirent. Et in illa ipſa no-ne, parare, etiam apud Iuriſconſultos frequenter ıenitur, vt iam ab alijs notatum. vnde & repa-e eſt, nummis ex re vendita conflatis aliquid ree-:re, vt apud Horatium.

Vina Syra reparata merce.

ıdam etiam videri Terentianum ſenem ad illa :nophontis alludere, ἐν Κύρου παιδ. Οὐδὲν γὰρ ἄλλως ἕτερόν ἐστιν, ὡς ἡμεῖς ἡμῖν αὐτοῖς. qua de re non :leganter Taurus Philoſophus, apud Gellium. *tura, inquit, induit nobis inoleuitq; in ipſis ſtatim ncipijs, quibus nati ſumus, amorē noſtri, & carita-n, ita prorſus, vt nihil quidquam eſſet carius, pen-ſque nobis, quam noſmetipſi.* Quod vero in eo-m dramate, impurus homo, ſibi, de iniuria quam Aeſchino metuebat, cauere cupiens, ait ſe num-am huiuſmodi excuſatione contentum iri, nol-n factum, neque verba, ſi mali quid ſibi reipſa ret, pro iniuriæ reparatione accepturum, hæc iſtophontis Oratoris redolere videtur, quibus ;am ætiologiā reddit, cur qui ipſo facto peccat, :bis tantum puniri non debet, οὐ δίκαιον ὅτι ἐρ-ιάμαρτάνοντα ῥήματι σωθῆναι, οὐ τὸ ἔργῳ παρά-

ξαυτὰ ὀρθῶς. διὰ ῥῆμα ἀπολέσθαι. τὸ μὲν γὰρ ῥῆμα τῆς γλώττης ἁμάρτημά ἐστι, τὸ δὲ ἔργον τῆς γνώμης.

Qua ratione ſubitum & amicum auxilium à Poëtis græcis exprimatur. CAP. IV.

DVobus præcipue modis inuenio præproperam in inferenda laborantibus amicis ope feſtinationē à Poëtis græcis repręſentari. Primo, apud Heſiodum, qui de bonis quibuſdam vicinis agens, ait eos nudos, & diſcinctos ad vicinorum domos accurriſſe, γείτονες, inquit ἄζωστοι ἔστειχον. Siquidem magnum auxiliandi deſiderium eſſe oportet, quod nequidem ad zonam, hoc eſt, ad indumenta ſumenda, ſic enim συνεκδοχικῶς accipiendum, ſatis otij concedat. Alterum modum animaduerti apud Theocritum, in paruulo Hercule, vbi Alcmena nimium quantum ſollicita, & anxia, ob lucem, quam media nocte, toto cubiculo viderat circumfuſam, & clamores Iphicli eiulantis, virum ſuum Amphitryonem experge facit, hortataque, vt ſtatim lecto exſiliret, monet, vt ne quidem pedibus ſandalia ſubijciat,

ἄνστα, μηδὲ πόδεσσι τεοῖς ὑποσάνδαλα θείης.

Cuiuſmodi feſtinationem deſcribens Pindarus, qui aliter rem narrat, fingit Alcmenam ipſam, ποσσὶν ἄπεπλον ἀπὸ στρωμᾶς ὀρούσασαν. Callimachus autem hymno in Delum, vt Iridem mandata Iunonis capeſcere ſolitam, oſtendat diligentiſſimam eſſe, ait eam ad Deæ pedes catelli venatici vice decumbere, & numquam niſi tantiſper inclinato capite obdormire, neque zonam, aut endromydas ſoluere.

οὐδέποτε

ὐδέποτε ζώνην ἀναλύεται, ὐδὲ ταχείας
ἐνδρομίδας, μὴ οἱ τι ᾖ αἰφνίδιον ἔπος εἴποι
δέσποτις.
d & valde promptam, & expeditam ſeruolam
m fuiſſe oportuit, quam Menander, in quadam
mœdia, παιδισχάριον θεραπευτικὸν λόγου
χον appellabat, cum nihil æque velociter fera-
, ac ἔπεα πτερόεντα. Quin & citiſſimas Eume-
as, quas Orpheus facit ἀκυδρόμους ὥστε νόημα.

Illuſtratus Plauti locus, in Milite glorioſo, Cap. V.

Apud plautum, Milite glorioſo, cum Acrote-
leutium, quæ præ nimio amoris æſtu oculo-
n ſuorum aciem obtundi, & deficere ſimulabat,
item præ foribus Pyrgopolinicem olfacere ſe,
naſo præſentiam amaſij illius ſui melius perſen-
:, ſagaciuſque odorari dixiſſet, quam non poſſet
m ipſum oculis intueri, facete admodum ſub-
git miles, eam naſo plus videre quam oculis. En
egrum Plauti locum.

Acrotel: *ſcio, adepol, olfacio,*
am odorem naſus ſentiat, ſi intus ſiet. Pyrgop.
ariolatur,
opterea Venus fecit eam, vt diuinaret.
rotel. *Neſcio vbi hic prope adeſt, quem expeto videre, olet profecto.*
rgop. *Naſo pol iam hac quidem videt, plus quam oculis.*
pidus plane & ſubtilis iocus, quem putarim Co-
cum, licet ad eiuſmodi ſales & facetias natum,

non tam è ſuo promſiſſe, quam ex ampla Græcorum penu eſſe mutuatum. Solent enim ij, vt ſunt locutionum non minus lepore & venere, quam inuentionum copia, & argutijs mirabiles, quandoque ſenſuum mutatione, & acceptione vnius pro alio vti, nonnumquam etiam coniunctione vnius cum altero, ſiue ad maiorem riſum, ſiue πρὸς τὸ ἐναργέστερον, & vt impetus, ſeu vis ingens, aut quid vis aliud quod deſcribitur, efficatius ſub oculos ponatur, vt apud Æſchylum, ἑπτ. ἐπ. Θήβ.

κτύπον δέδορκα, ϗ πάταγον οὐχ ἑνὸς δορός·

Et apud Ariſtophanem, εἰρήνη.

ἤκουσας, ὁ κόραξ οἷος ἦλθ᾽ ἐξ ὠρεοῦ.

Imo & apud eundem Æſchylum, ἐν δεσμώτῃ.

ἵν᾽ οὔτε μορφὴν, οὔτε του φωνὴν βροτῶν
ὄψει.

Adde etiam illud Sophocleum,

τυφλὸς τά τ᾽ ὦτα τόν τε νοῦν τά τ᾽ ὄμματα.

Horat. Virgil. Lucret.

Simillima ſunt apud Latinos, *bibere aure pugnas & exactos tyrannos*, *bibere oculis amorem*, *ſentire ſonorem*, & alia huiuſmodi: licet ſciam verbum, *ſentire*, ad omnes quinque ſenſuum ἐνεργείας pertinere, & in communi loquendi vſu facile accommodari poſſe. Cuius rei rationem, quam adfert Iſidorus in ſuis Originibus lubenter adtexam *Viſus*, inquit, *dictus, quod viuacior ſit cæteris ſenſibus, atque præſtantior, ſiue velocior, ampliuſque vigeat, quantum memoria inter cætera mentis officia: vicinior eſt enim cerebro, vnde omnia manant, ex quo fit, vt ea, quæ ad alios pertinent ſenſus, videre dicamus, veluti cum dicimus,*

de quomodoſonat, vide quomodo ſapit, ſic & ca-ra.

lem argumenti genus à Platone, Cicerone, & Seneca Tragœdiographo, in perditorum hominum ſcelere exaggerando vſurpatum videri. Cap. VI.

Ro rege Deiotaro dicturus orator, cum in attentionis potius, & commiſerationis concitionem, quam in quoduis aliud Rhetoricorum ificiorum genus, totius cauſæ ſtatum videret inandum, quibuſcumque poteſt modis, in camda Cæſaris beneuolentia, eloquentiæ ſuæ vi: exercet, idque præſertim contendit efficere, vt minuta aduerſariorum auctoritate, & fide, & ncitato in eos odio, Deiotarum facilius iudicij ueis eximere, eumque ab omni criminis ſuſpione, & labe vindicare poſſit. Itaque ſtatim Carem quemdam periculoſæ illius accuſationis thorem aggreditur, & eum in odium non leue ducturus ait. *Crudelis Caſtor, ne dicam ſceleran, & impium, qui nepos auum in diſcrimen capitis duxerit, adoleſcentiaque ſua terrorem intulcrit ei, ius ſenectutem tueri, & tegere debebat, commentionemque ineuntis ætatis ab impietate & ſceleduxerit.* Qua vibrantium aculeorum ſequela nil potuit afferri vehementius, nihilque in Caſton acerbius dici, quam eum adoleſcentiæ primorordia, tam infauſtis, inauſpicatiſque auibus du:e. Qua ratione Theſeus quoqne apud Senecã, m à peſſima vxore circumuentus crederet, Hiplytum nefarium illud facinus, quo de inſimu-

labatur, moliri auſum aliquot primum verſibus in integerrimi adoleſcentis habitum, mores, victum, & vultum inuectus, hoc tandem epiphonemate, & filij ſcelus exaggerare, & ſeipſum ad iram excitare conatur.

-Syluarum incola
Ille efferatus, caſtus, intactus, rudis,
Mihi te reſeruas? à meo primum toro,
Et ſcelere tanto placuit ordiri virum?

Sic & Plato, Euthyphrone, ait eum, videri ſibi a laribus & focis, hoc eſt, à parentibus, aut ab incunabulis ipſis, initium peccandi in Rempubl. feciſſe qui Socratem audeat accuſare, & contumelijs afficere, ἀφ᾽ ἑστίας μοι δοκεῖ ἄρχεσθαι κακουργεῖν τὴν πόλιν, σὲ ἐπιχειρῶν, ὦ Σώκρατες, ἀδικεῖν.

Muliereulas cultui, & nitela corporis plus aequo intentas eſſe. Menda ex Terentiano quodam verſu in Heautontim. ſublata.

Cap. VII.

Diu eſt, cum malo more fit, vt mulierculæ non ſine graui rerum domeſticarum incommodo & damno, curioſius, attentiuſque multo quam par eſt, in bene curanda, fucandaque cuticula operam ſuam impendant: nam præterquàm quod nihil interim de rei familiaris probe adminiſtrandæ, frugique componendæ ratione cogitant, id etiam ſæpe contingit, vt quæ externum illum apparatum, tanto ſtudio, & ſollicitudine ſectatur, incultum, inſulſumque animum, aut turpiſſimis etiam flagitijs contaminatum intus gerat. Itaquo longe præſtantius foret, ſi omnium illarum mentibus inſcriptum, infixumque tenaciter hæreret præ-

ceptum, quo quidam, apud Antiphanem, moneat vxorem, ne fucis, & pigmentis ornatum ſibi quærere vellet, ſed honeſtæ vitæ ratione potius, & bonis moribus conſpicuum ſe præberet.

— σὺ δ᾽ ὦ γύναι,
μὴ χρώμασιν τὸ σῶμα λαμπρύνειν θέλε,
ἔργοις δὲ καθαροῖς, καὶ τρόποις τὴν καρδίαν.

Ad cuius mentem non male Ariſtoteles, præfatione ad Alexandrum, πολὺ κάλλιον, ait, καὶ βασιλικώτερον, τὴν ψυχὴν ἔχειν εὐγνωμονοῦσαν, ἢ τοῦ σώματος ὄψιν ὁρᾶν εὐειματοῦσαν. Et Thales apud Diogenem Laërtium, μὴ τὴν ὄψιν καλλωπίζεσθαι χρὴ, ἀλλὰ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν εἶναι καλόν. Sed vt ad penſum redeamus, quis, oro, temporis iacturam, & longas illas, in fuco quærendo, moras, laudare, aut non potius odio & vituperatione perſequi velit? lauant, vnguntur, mille modis, modiſque comam nectunt, ſuggeſtum ſupra caput ædificant, pſilothro, & pumice caſtigant cilia, pilos euellunt volſellis, precioſo puluere calamiſtratos crines, & varijs ſpiris implexos aſpergunt, pectus faſcijs coërcent, papillas ſtrophio velant ſeu nebula linea, genas purpuriſſo, aut ceruſſa, & faciem denique totam varijs medicaminibus atterunt, in omni articulo gemmulas diſponunt, integra patrimonia ſingulis auribus appendunt, auro penſili, ſtellantibus elenchis, vnionibus, armillis, monilibus affabre factis, collum, caput, lacertos, veſtes onerant, & ornant: denique vt totæ, à calce ad verticem colluceant, nuſquam, numquam ornandi, fricandi, & tergendi finis. Hoc autem ipſum eſt, quod magno animi dolore conqueritur, apud Terentium, Clinia, cum

nimia expectatione, ob longiuſculam Antiphilæ moram, torqueri ſe ſentiret.

-noſti mores mulierum,
Dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt.

At quis tam nitidum, tamque tritum ſcriptorem, macula tam leui, & cuiuis facile perſpicua, quam tamen oculei toti homines non viderunt, diutius infuſcari patiatur? certo enim certius eſt, illud moliuntur; eo loci ferri non debere, eamque, quæ ibi quadrare poſſit, ſignificationem non habere. Ex vnius litterulæ mutatione menda nata eſt, legendumque, poliuntur, non moliuntur. Polire vero hic idem eſſe arbitror, quod τὸ λοῦσαι, καὶ χρῖσαι μύρῳ, ἢ ἐλαίῳ, & vnctura, lauacris, frictionibus, nitelam, ac luciditatem cutis conſequi. Id certe vel ex Plauto conſtat, apud quem, Pœnulo, Adelphaſium hanc ipſam mulierculárum moram, & morem tangens, ita de ſe, ſibique ſimilibus loquitur,

-noctes, diesque, omni ætate ſemper
Ornantur, lauantur, tergentur, poliuntur.
Poſtremo modus muliebris nullus eſt,
Neque vmquam lauando, & fricando ſcimus
Facere finem.

Hac voce vtitur etiam Seneca mollitiem ſuorum temporum exagitans, naturalibus quæſtion. *Quicquid eſt boni moris extinguimus, leuitate, & politura corporum muliebres munditias anteceſſimus.* Præcipuum autem, & ſummum fœminarum ſtudium, quod tam varium, & multiplex eſſe ſolet, quam multæ ſunt, & diuerſæ cultuum, ornamentorumque ſpecies, ad duo tamen præſertim capita reducit Terentius, corporis ſcilicet po-

ıdi, & comandi capitis curam, imitatione, vt
nor, magni illius Miſogynis, qui pluſquam
pponactæo felle tinctos iambos in eas edidit:
ıs enim circumferuntur hi verſus.

λοῦται δὲ πάσαις ἡμέραις ἀπὸ ῥύπων
δὶς ἄλλοτε τρὶς, καὶ μύροις ἀλείφεται.
ἀεὶ δὲ χαίτην ἐκτενισμένην φορεῖ
βαθεῖαν, ἀνθέμοισιν ἐσκιασμένην.

ıdem etiam anxietatem, & miram muliebris
ni, ad meras nugas, & deliramenta, propenſio-
n, præclare depingit Satyrographorũ princeps.
Componit crinem laceratis ipſa capillis
Nuda humeros, Pſecas infelix, nudiſq; mamillis,
Altior hic quare cincinnus? & ſequentibus.
Circe apud Petronium in Satyrico, *dic Chryſis,*
verum, numquid incõpta, numquid indecẽs ſum?
uid ab aliquo naturali vitio formam meam exca-
noli decipere dominã tuã, neſcio quid peccauimus.

An argentum in malis habendum ſit, nec ne.
Cap. VIII.

ARgẽtum malum eſſe, & apud malos tantum
hominesin pretio haberi, aſſeruari, atque in
ıis numerari, omnes fere antiquorum Philoſo-
ırum familiæ, tanquã περὶ κοινῶν ἐννοιῶν, per-
ıcius contenderunt, tum quod cernerent, ab eo,
ut fonte, omnia ſcelerum & infortuniorum ge-
a in hominum ſocietatẽ deriuari, τοῦτο καὶ πόλεις *Sophocl.*
πορθεῖ, τόδ' ἄνδρας ἐξανίστησι δόμων. *Antig.*
m quod ab improbis, vt plurimum, flagitioſiſ-
hominibus detineri viderent illud atque poſſi-
i. Quam in rem præclarum Muſonij dictum,
fere verbis cõmemorat Gellius. *Is cum eruſcãtem*

quempiam erraticum hominem, & philoſophum ſeſe oſtentantem obuium habuiſſet, dari ei iuſſit mille nummûm: cumque eorum plærique, qui ei comitabantur, nebulonem eſſe dicerent, ſordentiumque, ganearum incolam, ridens ſubiecit Muſonius, ἄξιος οὖν ἔστιν ἀργυρείου. Cui ſimillimum, quidem eſt dicto, ſed facto contrarium, quod apud Phœnicidam Comicum, ſcortillum diobolare contigiſſe ſibi narrat: cum enim in Philoſophi cuiuſpiam contubernium forte fortuna incidiſſet, nihil elargiebatur homo parciſſimus, cumque mulier pecuniæ appetens, ab eo quid rogaret, continuo aiebat Philoſophus, malum eſſe argentum: At ſtatim illa, eſto malum, idcirco aut mihi da, aut abs te abijce: neque tamen ideo propoſiti & argenti tenaciſſimus mouebatur Philoſophus. Verſus græcos, cum mira venuſtate conditi ſint, eo lubetius apponam,

τρίτῳ συνέζευξ' ἡ τύχη με φιλοσόφῳ,
πώγων' ἔχοντι καὶ τρίβωνα καὶ λόγον,
εἰς τοὔπιπλον ἦλθον ἐμπεσοῦσα δὴ κακόν.
οὐδὲν ἐδίδου γάρ; εἰ δὲ τ' αἰτοίην, ἔφη
οὐκ ἀγαθὸν εἶναι τ' ἀργύριον· ἔστω κακόν,
ἀλλ' οὖν δός μοι, εἶπον· οὐκ ἐπείθετο.

Quid ergo iuris? paradoxum ne illud Stoicum amplectentes, tetram, & immanem belluam, ac tot malorum cauſam, longe à nobis arcebimus? Num vero pecuniæ potius, bonis & legitimis rationibus conquirendæ incumbemus, aut ſaltem ſi occurrat, tantum non auerſabimur? Vnicuique liberum eſto hac de re iudicium. Hoc tamen vere, & ex animi mei ſententia dicam, nec diuitias multum poſſe abſque comite virtute, οὔτ' Callimach. ἀρετῆ ἄτερ ἀφειοῖο. Quiſquis igitur hæc duo felici concurſu

concurſu & copula ſimul iunxerit, ne quærat, vt ait ille, Iuppiter fieri, cum ſummum gloriæ, felicitatiſque humanæ gradum attigerit. Itaque obnixe id à numine poſtulandum, δίδος ἀρετὴν τε καὶ ὄλβον.

Explicatus, contra Scholiaſtæ opinionem, Æſchyli locus, ἑπτὰ ἐπὶ θήβαις. CAP. IX.

TAm religioſe priſci illi Heroës, integritati vitæ, morumque probitati, à teneris, aſſueſcere docebantur, vt iam ætate prouectiores facti, omni ſtudio dolos, & fallacias à ſe procul omnes arcerēt, nihilque ſibi laudi, & honori futurum arbitrarentur, quod fraudis alicuius, aut mendacij ſpecimen aliquod præ ſe ferret. Vnde apud Pindarum, Iaſon ita ſe à Chirone inſtitutum gloriatur, vt in eius antro enutritus, οὔτ᾽ ἔργον, οὔτ᾽ ἔπος εὐτράπελον, integris viginti annis, numquã emiſerit. Et ex eadem ſchola egreſſus Achilles, hoc de ſe, apud Homerum, teſtatur, cũ ſibi æque ac Plutonis domos, odioſum inuiſumq; eſſe, qui aliud clauſum in pectore, aliud in ore promptum gerat, & apud Euripidem, ἔμαθον τοὺς τρόπους ἁπλοῦς ἔχειν. Neoptolemus quoque patris genium, & ingenium illud non duplex, neq; ſubdolum, tanquã hæreditario quodam iure adeptus, negat, apud Sophoclem, ſe inſidiis, & fraudibus decipiendo Philoctetæ, ab Vlyſſe commentis, vti vllo modo poſſe, cum ab omni mendacio alienus eſſet, & didiciſſet ἐξαμαρτεῖν μᾶλλον, ἢ νικᾶν κακῶς. Eiuſdem ſimplicitatis, & candoris participem facit Actorem Parthenopæi fratrē, Aeſchylus, ἑπτ. ἐπ. θήβ.

Ὃς οὐκ ἐάσει γλῶσσαν ἐργμάτων ἄτερ
ἔσω πυλῶν ῥέουσαν ἀλδαίνειν κακά.

Sed ridicule omnino agit Græcus interpres, qui mentem Poëtę ſic explicat, ὃς οὐκ ἐάσει τὴν γλῶσσαν ἐργμάτων ἅπερ ἔσω τῶν τῆς πόλεως πυλῶν εἰσελθεῖν. Acutum vero pugionem. πύλας vocat Aeſchylus, quod Homerus, ἕρκος ὀδόντων, στόματος πύλας dixit Euripides, in Hippolyto, vnde & ἀθυρόγλωσσος ἀνὴρ, apud eundem in Oreſte, hoc eſt, ἀμετροεπὴς, ἀκριτόμυθος, &, vt aiebat Cato, quem morbus loquendi perpetuo tenet, tanquam veternoſum bibendi, atque dormiendi, & apud Ariſtophanem, Ranis, ἀχάλινον, ἀκρατὲς, ἀπύλωτον στόμα. Siquidem lingua duplici ſepto, dentibus nimirum, & labijs, velut portis, vallata eſt, ne facile prorumpat in medium. Interim operæ pretium fuerit, vngue veluti, & per tranſennam adnotare, ſtudioſam, & laude dignam in imitando Homero, Aeſchyli, & Sophoclis æmulationem: cum enim illi, in exprimendis Homericæ poëſeos floſculis, ὥστε ἀλλήλοις ἀντι τεχνῶντες, curioſe verſati ſint, id vel ex hoc loco, dignoſcere facile eſt, quia vt Homerus Achillem μύθων ῥητῆρα facit, πρηκτῆρά τε ἔργων, ita Aeſchylus Actorem ſuum ἄκομπον quidem, ſed δεινὸν χειρὶ πολεμεῖν, Et Vlyſſem Sophocles, in Philoctetа, quod idem plane eſt, ſed diuerſis tantum verbis, conceptum, γλῶσσαν μὲν ἀργὸν, χεῖρα δ' ἐργάτιν ἔχοντα.

Iulius Pollux, in Onomaſtico, duobus locis, purgatus & explicatus. CAP. X.

OMnia gymnicorum, & aliorum certaminum genera, quæ varia, & diuerſi generis,

tota olim Græcia floruere, duobus præſertim capitibus comprehendere velle videtur Pollux, in ſuo Onomaſtico, facta nimirum diſtinctione præmiorum, quæ victoriam reportaturis proponebantur: ſiquidem nonnullis coronæ, ſiue frondes oleaſtri, lauri, pinus, apij, ex veteri maiorum inſtituto donabantur: Alijs vero pecunia, lebetes, veſtes pretioſæ, aut quiduis aliud, ex arbitrio editoris, ſeu agonothetæ, tradebatur, vt videre eſt apud Virgilium. Pollucis verba hæc ſunt: τοὺς μὲν οὖν καλουμένους ἱεροὺς ἀγῶνας, ὧν τὰ ἆθλα ἐν στεφάνῳ μόνῳ, στεφανίτας ἐκάλεσαν, καὶ φυλλίνας. τοὺς δὲ ὀνομαζομένους θεματικοὺς, ἀργυρίτας. In quibus verbis, cur legi potius non debeat, φυλλίτας, quã φυλλίνας, non video, cum id non ſolum Græcus canon poſtulet, qui eiuſmodi deriuata vult deſinere in της: ſed & ſimilitudo, & analogia quædam ad duo illa, quorum vnum præcedit, alterum ſubſequitur, στεφανίτας, &, ἀργυρίτας: Cur enim στεφανίτας, aut ἀργυρίτας, potius, quam φυλλίτας? Illud tamen, φυλλίνας, probare videtur doctiſſimus Budæus, ſuis, in Pandectas, commentarijs, cum ibi eo vocabulo vtatur. Eo etiam loco, idem Budæus, θεματικοὺς, interpretatur, poſititios, hoc eſt, vt dixi, eos agonas, in quibus, quicquid brabeutæ placuerat, pro præmio deſtinabatur, vnde apud Sybillam, θέμα, accipitur, ἀντὶ τοῦ βραβείου, καὶ ἐντιθεμένου ἄθλου, vbi de Chriſto, qui vnicuique laborum ſuorum mercedem, pro meriti qualitate largiturus eſt - ἀτὰρ θέμα μάρτυσι δώσει ἀθάνατον. & paulo poſt, ἄφθαρτον ἄεθλον δώσει τοῦ θέματος. Idem Pollux alibi agens de tibiarũ generibus, αὐλῶν δὲ εἴδη, inquit, πλάγιος λώτινος, λιβύων τὸ

Aeneid. 5.

Lib. 3.

εὕρημα. πλαγίαλον δὲ αὐτὸν Λίβυες καλοῦσιν. πλαγίαυλον ſcribendum, non πλαγίαλον, voce, vt, vel ex ipſa compoſitione ſatis apparet, corrupta, Theocritus, in Bucoliſco.

κ'ἢν αὐλῷ λαλέω, κ'ἢν δώνακι, κ'ἢν πλαγιαύλῳ.

Et Bion, Eidyllio tertio, vbi Panos, non Lybium, vt Pollux, inuentum eſſe vult.

ὡς εὗρε πλαγίαυλον ὁ Πὰν, ὡς αὐλὸν Ἀθάνα.

Ex loco fiebat Plagiaulus, vt indicat Pollux, ideoq; de eo putarim intelligendum verſum hunc Euripidis, in Iphigenia in Aulide, quo loco, Agamemnon filiam nuptui traditurum ſe ſimulans, nuptialem omnem apparatum inſtrui iubet.

λωτὸς βοάσθω, καὶ ποδὸς ἔστω κτύπος.

Cumque in curuaturã abiret huiuſmodi tibia, neque in rectam longitudinem extenderetur, idcirco πλάγιος vocata eſt, quodque graues, & intenſos ederet ſonos, Phrygibus, vt plurimum, fuit vſitata, Catullus.

Canit tibicen Phryx curuo graue calamo. Tibullus, *Phrygio tibia curua ſono.* Neque ſane Iulio Scaligero hac in parte aſſentior, qui in ſua Poëtica, curuam ideo putat dictam, non quod curua eſſet in latus, ſed quod à latere inflaretur. At & leuis ea in Polluce, quam ad notauimus, menda, virum illum magnum ita fefellit, vt corruptam vocem, plagialon, incautus admiſerit.

Ira in naſo: & quid δριμὺ μένος, *apud Homerum.*

CAP. XI.

NOn vnam iracundiæ in homine ſedem tribuunt Poëtæ, tum Græci, tum Latini: quidam enim eam, vt, & cæteros animi motus, & πάθη, ex

o animo vere proficiſci, eique ineſſe exiſtimāt; Philoſophos ſecuti, qui iram commoti ſangui- circa cor ebullitionem definiunt, cordi inſidere bitrantur; alij deniq; iecori potius aſſignant, non a forte opinione ducti, quā quod in medicorum olis, veſicam fellis receptatricem, quæ pro ſan- inis impuri, & biliosi humoris, qui in eā defluit, bia, inflari, & intumeſcere ſolet, hepati vicinam audierint. At his omnibus neque ſui authores, etiam ſuæ rationes deſunt, quibus opinionem m tueantur. Id vero minus frequēs & magis ad- ratione dignum eſt, cur nonnulli bilem in naſo tius, quam in vlla alia corporis parte collocatam int. Cauſam ſcrutandi non hic locus. Dicam ta- n idcirco id fieri, videri, quia iratis, vt plurimum, minibus diduci nares ſolēt, vt & equis. Xenoph. ἱππικ. καὶ γὰρ ὅταν ἵππος ὀργίζηται ἵππῳ, ἢ ἐν πασίᾳ θυμῶται, εὐρύνει μᾶλλον τοὺς μυκτῆρας. iin & Hebræi, Deum opt. max. longas nares ha- ntem, ſępius vocant, quia ſeram de flagitioſis ho- nibus vindictam ſumit, neque facile ad iram ex- itur. Sed ad propoſitum, bilis in naſo, ſatis fre- ens apud Poëtas. Ita Herodes in hemiambis,

μὴ δὴ κόρη τὴν τὴν χολὴν ἐπὶ ῥῖνας
ἔχ' εὐθὺς, ἤν τι ῥῆμα μὴ σοφὸν πείθῃ.

Perſius, ſatyra quinta.

Diſce, ſed ira cadat naſo, rugoſaque ſanna,
Cum veteres auias tibi de pulmone reuello.

ertius adhuc, & melius Theocritus, in Thyrſide, o loco, ſub perſona caprarij, Deum illum paſto- n ad iram promptum, & facilem eſſe ait.

--ἐντί γε πικρός,
καί οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται.

θυμοῦ μένος ὀξὺ vocat Homerus, hymno in Martē, quā Theocrit⁹, δριμεῖαν χολήν. Lōge autē aliud eſt, illud, δριμὺ μένος, quo idē Homerus Vlyſſem perculſum fingit, cum is, mētito nomine, Eperitum ſe ſimulans, à Laërte patre, vix, ac ne vix quidem, à lachrymis tēperante, multa de ſeipſo narrari audiret.

Od. ω. τοῦ δ' ὠρίνετο θυμός. ἀνὰ ῥῖνας δέ οἱ ἤδη
δριμὺ μένος προὔτυψε φίλον πατέρ' εἰσορόοντι.

Nec enim ibi excandeſcentiam aliquam, aut iram intelligi oportet, ſed acutum quemdā acris humoris ſtimulum, qui nares prehendere, & pungere, atque etiam, præ nimia acrimoniæ vi, lachrymas excutere ſolet iis, qui ſimilem quampiam, quā eo loci, apud Homerum, Vlyſſes, animi condolentis propēſionem, & parentem videre geſtientis gaudium patiuntur. Diſſimili quidem modo, ſed non minus ſubtili, magni cuiuſdam doloris vehementiam ſubindicat Anacreon, cum vt grauem eius ſtimulum, & puncturam exprimeret, ait ſibi hydri morſum paſſo, præ doloris acerbitate, cor ad ſupremas vſq; nares aſcendiſſe.

προχάεντα πεῖρεν ὕδρος,
Κραδίη δὲ ῥινὸς ἄχρις
ἀνέβαινε.

Cui ex diametro opponitur quod ait alicubi Homerus,

Il. α. πᾶσιν δὲ παραὶ ποσὶ κάππεσε θυμός.

Salluſtij locus è Xenophonte, Et alia quadam tranſcurſim notata. CAP. XII.

QVa ratione Salluſtianus Catilina, cum iam in procinctu eſſet, milites ad pugnam excitaturus, in eorum animos inſinuare ſe conatur: Ea

n plane, optimum Perſarum principem excu-
tem ſe, & è tumulo loqui renuentem inducit
nophon: cum enim a rei bellicæ ſcientiſſimo Κυρουπαιδ. 3.
ce Chryſanta moneretur, vt ſaltem Aſſyriorum
gis imitatione, quem per exploratores relatum
t, ad milites non ſine fructu verba feciſſe, exer-
ım conuocaret, & breui adhortatione, ad præ-
n, quod iam iam commiſſurus erat, inflamma-
, ita reſpondit. ὦ Χρυσάντα, μηδέν σε λυπούν-
ται τοῦ Ασσυρίου παρακελεύσεις· οὐδεμία γὰρ
ως ἔσται καλὴ παραίνεσις, ἥτις τοὺς μὴ ὄντας
ιθοὺς, αὐθήμερον ἀκούσαντας ἀγαθοὺς ποιήσει·
κ ἂν οὖν τοξότας γε, εἰ μὴ ἔμπροσθεν τοῦτο με-
ληκότες εἶεν, & quæ ſequuntur. Verba Catilinæ
ıd Salluſtium ſunt hæc, *Compertum habeo, mili-*
, verba virtutem non addere, neque ex ignauo
ſtrenuum, neque fortem ex timido exercitum, im-
'atoris oratione fieri. Quanta cuiuſque audacia,
tura, aut moribus ineſt, tanta in bello patere ſo-
. Quæ cum ſimillima ſint, quin Latinus author è
æco, vt, & alia quam plurima, quæ aptiſſime hi-
riæ ſuæ intexuit, ea quoque mutuatus ſit, & rei
et diuerſæ, accommodarit, dubitandum non eſt.
etiam obiter dicam, eam vocis, ἀγαθοὺς, acce-
onem, qua ibi vtitur Xenophon, Græcis, & ve-
etiam noſtratibus familiarem eſſe, Latinis inſo-
ıtiorem: illam enim apud eos rariſſime inuenias.
ırro, περὶ ἐδεσμάτων. *Si quantum opera ſum-*
'ſti, vt tuus piſtor bonum faceret panem, eius duo-
cimam philoſophia dediſſes, ipſe iampridem bonus,
Tus eſſes, bonus, ſubintelligendum, Philoſophus
ἀγαθοὺς, in illo Xenophontis, στρατιώτας. Et in
c Anacreontis pentametro, ἄρης οὐκ ἀγαθῶν

φείδεται, ἀλλὰ κακῶν. Ita & πονηροὶ, & πονηρὰ ἱππάρια, apud eundem, Κυροπαιδ. α. ἀλλ' οὐ πονηροί γε φαινόμενοι, καὶ ἐπὶ πονηρῶν ἱππαρίων ἄγουσιν ἡμῶν τὰ χρήματα: Latine vix dixeris malum militem, pro male armato, aut male ſtrenuo, & malos equos, pro gracilibus, aut ſtrigoſis, aut malam veſtem, pro vili, & detrita. Anacreon, νεόπλυτον εἴλημα κακῆς ἀσπίδος. Martialis.

Tu nae es, tu ne ait, ille Martialis,
Cur ergo, inquit, habes malas lacernas?

Petronius, *pro hac parte vindicabant pretioſiſſimam veſtem, pro hac pannuciam, ne centonibus quidem bonis dignam.* κακὸν εἶδος, apud Theocritum in Cyclope. Cuiuſmodi forte eſt, quæ à Terentio, quotidiana vocatur, & contraria ei, quam idem alibi bonam formam appellat, *Ego vidi virginem, bona forma memini videre*, vt, & author anonymus pulcherrimi Elegiaci, quod extat inter catalecta veterum Poëtarum, *Augeri ſtudio tam bona forma nequit.* Media, inter vtramque, eſt ei, quam Ennius ſtatam formam vocabat, Græci, μέτριον κάλλος.

Nationem, apud Latinos in malam partem, ſicut hodie apud nos, quandoque ſumi, vt etiam ἔθνος, & γένος, apud Græcos. CAP. XIII.

VOcis, natio, diuerſas notiones iam ante animaduertit vir eruditiſſimus Petrus Victorius, in ſuis variarum lectionum libris: ſed quia,
Lib. 9. cap.
quod maximè notatu dignum fuerat, prætermiſit, nos ei haud illubenter, ſubſidiariam opem, & operam præſtabimus. Sciendum ergo eſt, nationem apud bonos authores nonnumquam malè audire, & pro peſſimo hominum genere accipi, vt apud Ciceronem

ionem pluribus locis. *Ita ſalem iſtum* (inquit in Lib. 1.
ris de natura Deorum) *quo caret veſtra natio*
picureos alloquitur) *in irridendis nobis nolitote*
ſumere. Et in Fonteiana, *An vero iſtæ nationes re-*
ione iuriſiurandi, ac metu Deorum immortalium,
eſtimonijs dicendis commoueri arbitramini? De-
que in Seſtiana clare omnino, & aperte eadem
nificatione vtitur. *Habes igitur quod ex me*
eſiſti, qui eſſent optimates, non eſt natio, vt di-
ti, quod ego verbum agnoui: eſt enim illius, à quo
maxime. P. Seſtius, ſe oppugnari videt, homi-
eius, qui hanc nationem deleri ac concidi cupiuit,
C. *Cæſarem, mitem hominem, & à cæde abhor-*
tem, ſæpe increpuit, ſæpe accuſauit, cum affirma-
illum numquam, dum hæc natio viueret, ſine cu-
uturum. Eo ſpectat & locus quidam C. Gracchi,
ratione, quam rediens è Sardinia habuit ad po-
um, *ſi vlla meretrix domum meam introiuit, aut*
ſquã ſeruulus propter me ſollicitatus eſt, omniũ
ionũ poſtremiſsimũ, nequiſſimũque exiſtimatote.
& apud Plautum intelligenda, & accipienda eſt,
damnea natio, Menæchmis. Eodem quoque
do & in malam etiam partem à Græcis ſumun-
γένος, & ἔθνος, vt exemplis protinus conuincere
llimum eſt. γένος quidem, vt apud Sophoclem,
ntigona.

ὸ μαντικὸν γὰρ πᾶν φιλάργυρον γένος.

o forte reſpiciens Accius dixit, *Augures verbis*
tare aures alienas, ſuas vt auro locupletent do-
. Euripides, Antiope.

--τὸ δοῦλον ὡς ἁπανταχῇ γένος
πρὸς τὴν ἐλάσσω μοῖραν ὥρισεν θεός.

λον γένος, vt id interim moneam, dictum, vt

σκύθην οἶμον, πέρσαν στρατὸν, γυναῖκα μαζὸν, χλωρηέα λίνον, ἄνθρωπον ἦθος apud Æſchylum, & cætera huiuſcemodi, in quibus κύελον ἀντὶ κλητικοῦ. Apud eundem Æſchyl. ἑπτ. ἐπ. θήβ.

Φοίβῳ στυγηθὲν πᾶν τὸ Λαΐου γένος.

Homerus, hymno εἰς ἑρμῆν. ὢ πόποι, εἴτ' ἀπόλοιτο βοῶν γένος. Et Callimachus, λουτροῖς παλλ. ὢ πόποι, εἴτ' ἀπόλοιτο γένος χαλύβων. ἔθνος quoque eodem ſenſu, & modo accipitur, quo γένος, & natio. Æſchylus, Eumenid. αἱματοσταγὲς, ἀξιόμισον ἔθνος. Apud Diphilum quiſpiam in Ichthyopolas iratus aiebat.

Τόδ', ὡς ἔοικεν, ἔθνος ὥσπερ θηρίον
Ἐπίβουλόν ἐστι τῇ φύσει καὶ πανταχοῦ.

Vt & alius in nummularios, apud Antiphanem.

— τραπεζίτας λέγεις;
ἔθνος τοιούτου οὐδὲν ἐξωλέστερον.

Sed faſtidium & nauſeam mouerim, ni plura congerere parcam.

De Plenilunio, & nuptijs quædam ſcitu non indigna, & multis Græcorum Poëtarum locis allata lux. CAP. XIIII.

PLeniluniũ, ſiue Idus mẽſis celebres olim fuere apud Græcos, duas potiſſimũ ob cauſas. Prima eſt, quod eo præſertim tempore nomina exigerẽt, & ærarios ſoluere cogerẽt daniſtæ & creditores, vt ex Horatio notum eſt, & ex Ariſtophane, initio νεφελῶν, vbi Strepſiades æris alieni onere preſſus, ſecundas menſis εἰκάδας, iamiam inſtantes pertimeſcere ſe oſtendit: & non multo poſt, ioco & feſtiuitate planè comica, ait, velle ſe Theſſalæ alicuius aniculæ opellam conducere, cuius incanta-

ıtis, & veneficijs, Lunam Cælo poſſit deduce-
ıc interceptam, & vaſculo concauo incluſam
ni diligenter aſſeruare, ne deinceps nummula-
& fœneratoribus apparens, vſuras amplius co-
ɔerſoluere. Secunda verò cauſa eſt, quia ἐν τῇ
τε λήνῳ fauſtum quidpiam, & fortunatum in-
, futili quodam, & ſuperſtitioſo errore ducti
imabant. Patet ex Homero, hymno εἰς σε-
λῶ.

ιμπρότα ταί τ' αὐγαὶ τότ' ἀεξομένης τελέ-
θωσιν

ρανόθεν, τέκμωρ δὲ βροτοῖς καὶ σῆμα τέτυκται.
e commercia publica, & nundinas ferè ſem-
ɪmnes in id tempus conferebant, vt conſtat ex
ɪuæ ſcribit Thucydidis Scholiaſtes libro primo
ὀπόννησιακ. non multo ante finem, vbi de fu-
ɛriclis, & querela Megarenſium. Vnde etiam
a Luna potius, quam incipiente, aut deſinente,
ıæ fieri ſolitæ, ſiue quod inde boni ominis nō-
auſpicarentur, ſiue vt frequenti iam, & adue-
ɛferta ciuitate, in conſpectu amplæ multitudi-
oſitæ, celebriores, nobilioreſque haberentur.
ıæc perperam, ni teſtibus, & tabulis conſigna-
ɪmus. Menander. --ἐμέ

τεῖψεν ὁ κομψότατος ἀνδρῶν Χαιρεφῶν
ὂν γάμον ποιήσειν, δευτέραν
τ' εἰκάδα, κατ' αὐτόν.

amen non latet, ibi, per ἱερὸν γάμον, non tam
ias, quam lautum aliquod, & oppiparum con-
ım intelligi poſſe: Is enim loquendi modus
frequens apud Græcos, vt magnificum quid-
, aut inſolitum indicarent. Anaxandridas Co-
ıs,

Digitized by Google

ὑμεῖς γὰρ ἀλλήλους ἀεὶ χλευάζετε,
οἶδ' ἀκριβῶς· ἂν μὲν γὰρ ᾖ πρεπωδὲς τι,
ἱερὸν γάμον καλεῖτ' · ἂν δὲ μικρὸν παντελῶς
ἀνθρώπιον, σταλαγμόν.

Et vero quicquid præter conſuetudinem præclarũ, vtile, religioſum, cõmodum, neceſſariũ videbatur, ἱερὸν appellabant, vt ἱερὰν ἀγκυρὰν, ἱερὰν πόλιν, ἱερὸν δόμον, ἱερὸν ὕπνον, & ἱερὸν μένος ἠελίοιο, apud Homerum, hymno in Apollinem; illic enim ſcribendum ἱερὸν, non vt vulgo ἵμερον, metri modo repugnãte. Cum igitur Menandri teſtimonium aliter quam de nuptijs poſſit accipi, attexam aliud ex Pindari Iſthmijs.

--ἐν διχομηνίδεσσι
δὲ ἑσπέραις ἐρατὸν
λύοι μὲν χαλινὸν
ὑφ' ἥρωι παρθενίας.

Ac etiam ex Euripide, apud quem in Iphigenia in Aulide, Agamemnon rogatus ab vxore Clytemnæſtra, quando filiæ ſuæ nuptias vellet celebrari, reſpondet his verbis.

ὅταν σελήνης εὐτυχὴς ἔλθοι κύκλος.

Quin huc etiam referendi ſint hi Sapphonis verſus, dubitaturum credo neminem, Citat Hephæſtion.

πλήρης μὲν ἐφαίνεθ' ἁ σελάνα.
αἱ δ' ὡς περὶ βωμὸν ἐστάθησαν.

Certum enim eſt, eo loci, matrem τῆς γαμουμένης, coætaneas puellas, & cæteras mulierculas, quæ, vt moris eſt, ad id ſolent frequentes conuenire, circa aram ſtantes, & προτελείας εὐχὰς, fundentes, à diuina Poëtria deſcriptas fuiſſe, ſimul & initiatiua nuptiarum ſacra. Quia vero quicquid occurrit, chartæ illinere, non modo non indecens, ſed

ic etiam ſcriptionis generi maxime conueniens ſtimatur, Addam videri duos illos verſus, carnis cuiuſdam nuptialis, ſeu Epithalamij partem iſſe, cuius & plæraque alia fragmenta ſparſim ad Græcos authores legũtur, quale hoc apud eum n Hephæſtionem.

ὄλβιε γαμβρέ σοι μὲν δὴ γάμος, ὡς ἄραο,
ἐκτέλεστ', ἔχεις δὲ παρθένον ἂν ἄραο.

pud Demetrium Phalereum,

ψιδὴ τὸ μέλαθρον ἀείρατε τέκτονες ἄνδρες,
αμβρὸς ἔρχεται ἴσος ἄρηϊ,
νδρὸς μεγάλω πολλῷ μείζων.

m cœnæ inſtructæ conuiuæ adſidentes, & carſia manibus tenentes, libabant ſimul omnes, roſpera, ac felicia quæque genero precabantur, d Athæneum.

οινῆ δ' ἄρα πάντες καρχήσι' ἔχον,
ἔλειβον. ἀράσαντο δὲ πάμπαν
γλὰ τῷ γαμβρῷ.

idem genialis torus ſternebatur, eique imponeur virguncula, quæ pulcherrima ἀναδιπλώσει maximè abiturã virginitatem cõpellens clamabat,

παρθενία, παρθενία,
ποῖ με λιποῖσα οἴχῃ;

forte; quod magis arridet, particula eſt veteris iunculæ, quæ ſolebat nouis nuptis accini, cúm in procinctu eſſent, prælium illud ſanguinoum præliaturæ: Meminit in ſuis imaginibus oſtratus, & Ariſtenetus in epiſtolis, τὸν ὑμέναιον αἱ μουσικώτεροι τῶν παρθένων, καὶ μειλιχίφωνο δὴ Σαπφοῦς τὸ ἥδιστον φθέγμα. neque m veſpere κατακοιμητικὸν, ſed etiam mane enti διεγερτικὸν canebatur. Eodem ſchemate

reſpondens inducebatur virginitas.

οὐκέτι ἥξω πρὸς σε,
οὐκέτι ἥξω.

In eo quoque hymenæo, Muſæ, Charites, & cæteri Deorum, nuptiali conuiuio intereſſe fingebantur, cumque Dij, Deæque ſimul omnes menſę accumberent, Heben, aut Ganymedem agere Mercurius, illiſque miniſtrare.

ἀμβροσίας μὲν κρατὴρ ἐκέκρατο.
ἑρμᾶς δ' ἑλὼν ἔρπιν θεοῖς ὠνοχόησεν.

Niſi forte, quod non improbauerim, legere malis ἑρμᾶν, & θεός: vt dicas, ſub finem conuiuij, & paulo antequam menſæ tollerentur, poculum, quo bono dæmoni litabatur, quodque ἑρμῆς vocabatur, à quopiam acceptum fuiſſe. Hæc ſunt elegantis operis λείψανα, & minutæ, ac laceræ tabulæ, quæ cum ex infelici naufragio ſeruatæ, ad nos vſque peruenerint, velut folia Sibyllæ, aut ſcopas ſolutas hinc inde ſparſas, in faſciculum coëgiſſe, & apta ſatis compage coagmentaſſe, inutile prorſus non fuerit.

Fœtus in neutro genere an rectè dicatur, & de quodam Gellij loco diſputatum.

CAP. XV.

NAm cum in vterum mulieris genitale ſemen delatum eſt, primis ſeptem diebus conglobatur, coagulaturque, fitque ad capiendam figuram idoneum. Poſt deinde quarta hebdomada, quod eius virile fœtus futurum eſt, caput, & ſpina quæ eſt in *Lib. 3. ca. 10. noct. Attic.* *dorſo, informatur.* Verba ſunt Gellij, de ſeptenario numero, nonnulla, ex Varrone, notantis. In quibus, vt aliquid in gratiam Grammaticorum dicamus, *virile fœtus*, nauſeam multis & ſtomachum

ouit, qui ſtribiliginem, & operarum, non Gel-
erratum eſſe contenderũt,factũque eſt,vt e gre- *Lipſ. lib. 1. elect. ca. 7.*
eruditiorum quidam locum corruptum iudi-
ns, ſecus, non fœtus, legi voluerit: mihi tamen
lgaris, & recepta lectio non diſplicet,& qui ma-
aut imperite locutum Gellium putant, eandem
æciſmi labem non improbato authori Apuleio *Lib. 10. aſin. aur.*
rant oportet: ſic enim ille, *maritum habuit, cu-
pater peregre proficiſcens mandauit vxori ſuæ,
tri eiuſdem iuuenis, quod ſarcina prægnationis o-
atam eam relinqueret, vt ſi ſexus ſequioris edi-
et fœtus, protinus quod eſſet editum, necaretur.*
:um vt ingenue fatear, in antiquæ fidei libro,
:m vidi, litteris integerrimis non fœtus, neque
is, ſed ſexus, exaratum inueni. Quod vt inſo-
:, & inauditum, à delicatulis iſtis ciceroniaſtris,
hæc tanquam καθάρματα, ſeu portenta ver-
um reſpuunt, improbari non debet. Eodem
do ſexus apud Plautum ſumitur, Rudente. *Sc. prob Dij immortales.*
*Filiolam ego vnam habui, eam vnam perdidi,
Virile ſexus numquam vllum habui.*
ıntur etiam hæc è Salluſtij hiſtoriarum libris.
*Metellus in vlteriorem Hiſpaniam poſt annum
eſſus, magna gloria, concurrentium vndique vi-
& muliebre ſexus per vias & tecta omnium viſe-
ur.* Quin & Varro teſtatur ſexum apud anti-
s in neutro genere non ſexus vſurpatum fuiſſe.
es igitur quod eligas, ſeu communem lectio-
retinere mauelis, ſeu libri veteris authoritati
re.

nares afflarit, excitaturos pollicentur. Ne illi m nobis, & ingenium ſuum tantopere prædi-, cum certiſſimum ſit, quaſuis lautitias, cupe-um-ne indagines, & exquiſitiora laſciuientis irritamenta, præ eo condimento ne cicli qui-æſtimanda, quod Plautinus ſenex amore ſau-miratur coquis vſitatum non eſſe,

in Caſina Sc. omnibus rebus

-- Coquos equidem nimis demiror
Eos eo cōdimēto nō vtier, omnibus quod præſtat:
Namque vbi amor condimentum inerit, cuiuis
Placiturum credo,
Neque ſalſum, neque ſuaue eſſe poteſt
Quicquam, vbi amor non admiſcetur.

s quidem ioci ſocco digniſſimi fuit cum vrba-no Poëtæ, vt & ſexcētorum aliorum huiuſce-inuentionem facile tribuerem: nimirum an-im id ab Eueno prius dictum deprehendiſſem ſcriptorem Chærronenſem, cuius hæc ſunt, in itu, quomodo adulator ab amico diſcernen-t. καθάπερ ὁ Εὔηνος εἶπε, τῶν ἡδυσμάτων ῦρ εἶναι κράτιστον. οὕτω τῷ βίῳ μίξας τὴν ιν ὁ θεὸς, ἅπαντα φαιδρὰ, καὶ γλυκέα, καὶ προσ-τάυτης παρούσης καὶ συναπολαυούσης ἐποίη- In Eueni dicto, quod idem Plutarchus tra-, de præceptis ſanitatis, Prodico, non Eueno t: per ignem, amorem debere intelligi, vel ex æ ſubiūgit idem author, apparet. Vires autem is prædicās, & eius encomium pluribus per-ns addit Stalino ibidem.

el quod amarum eſt, id mel faciet,
Hominem ex triſti, lepidum, & lenem.

fere ſapit Theocritæum Hemiſtichium, ἐν κοῖς. ἐμὲ μαλθακὸν ἐξεπόνασε σιδαρέυ.

De qua quidem mutatione, & totum hominem inuertendi vi, qua præditus eſt Amor, multis idem Plutarchus diſſerit, in Erotico, & in ſympoſiacis problematis. λαλὸν ποιεῖς τὸν σιωπηλὸν, καὶ θεραπευτικὸν τὸν αἰσχυντηλόν, ἐπιμελῆ δὲ καὶ φιλόπονον, τὸν ἀμελῆ καὶ ῥαθυμὸν, & quæ ſequuntur.

Quæſitum quis Pater, quæ mater Charitum. Pindari locus apud Clementem Alexandrinum reſtitutus. CAP. XIX.

INuenuſti, & inurbani ſimus, ni Charitum vel tantillum meminerimus. Hanc ijs tabellam vouemus, & appendimus. Tanta eſt de earum patre, & matre, opinionum incertitudo, & diuerſitas, vt fere tot capita, quot ſententiæ, & Poëtarum plurimi, hac de re, calculum ferentes, non ſolùm in varias partes receſſerint, ſed etiam quod ſatis durum eſt, ex ijs nonnulli ne quidem ſibi conſtiterint. Orpheus in Thymiamate Styracos, & poſt eum Pindarus in Olympicis, Gratias, Iouis, & Eurynomes filias faciunt: Alijs erebo & Nocte, non minus quam reliquos Deorum prognatas placet: illi vero quia beneuolentiam, & gratiam, Venere, præſertim, & Baccho, conciliari vident, & in ijs εἶναί τι ἑλκυστικὸν πρὸς τὴν φιλίαν, Venerem matrem, & Bacchum patrem Charitum eſſe volunt; Hi Venere, & Ioue, illi Ioue, & Iunone: Alij denique Ægle, & Sole ſatas autumant. Cui credas! ſcilicet. pro rerum, quæ ſeſe offerunt, diuerſitate, diuerſos quoq; tribus illis Deabus parẽtes tribui vides, quã ob cauſam Theocrit⁹, in Hierone, Ἐτεοκλείοις χάριτας appellat, & Pindarus Ode vltima Olympiorum, Χάριτας Ὀρχομενοῦ, Cephiſus enim, cuius

ıs dicebatur Eteocles, non Thebanus, ille qui-
ı, ſed alter Ægyptius, aut Syracuſanus, mediam
:homenum præterlabebatur. Certe cōſtat Cha-
s Eteocli amatas fuiſſe, vel ex Strabone, in Geo-
ɔhicis, & Pauſania in Bœoticis, cum is primus
pla Gratijs, & ſtatuas dicatur poſuiſſe. Idem ta-
ı Pindarus, non iam Eteocle, aut Eurynome, vt
:a, ſed Ioue & Themide genitas vult, apud Cle- *στεμμ. ι.*
ıtem Alexandrinum, πρῶτα μὲν εὔβουλον θέ-
ὐρανίαν, χρυσέαισιν ἵπποισιν ὠκεανοῦ παρὰ
ον μοίραι ποτὶ κλίμακα σεμνὰν ἄγον ὀλύμπου,
αρὰν καθ᾽ ὁδὸν, σωτῆρος, ἀρχαίαν ἄλοχον διὸς
ῥαι· ἃ δὲ τὰς χρυσάμ πυκας ἀγλαόκαρπος
εν ἀγαθὰ σωτῆρας. Locum, quia deprauatior
ntegrum protuli, vt quid mihi de eo videatur
:is ſubijciam. Primum ergo ἀντὶ τοῦ, ὠκεανοῦ,
.rim duas voces in vnam coaluiſſe, & legen- *Vid. Suid.*
ı ὠκέεσ ἄνω; Tum κλινίδα, pro κλίμακα, om- *in. ζεῦγος.*
ı reponendum. Heſychius, κλινὶς, ἡ ἐπὶ τῆς
ξης καθέδρα νυμφική. Quod vt intelligas,
.dum eſt, Græcos de more ſolitos, nouam nu-
ı noctu è patris domo in viri domicilium, ve-
ı veram, & propriam connubij ſedem, curru
ıcere, in quo mediam illam ſedentem circum-
:nt ſponſus & parochus, ſeu paranymphus,
quidem à ſiniſtra, alter à dextra, vt innuit Sui-
Ariſtophanis interpres, & alij. Quam etiam *De nupt.*
ıetudinem ad Orientales vſque perueniſſe, & *Honor.*
:mpeſtate Conſtantinopoli ſeruatam fuiſſe te- *& Mar.*
r Claudianus:

Ante fores iam pompa ſonat, pilentaque ſacram
Præradiant ductura nurum.

.anis currus inuſitatus fuit: ſcitum enim eſt, a-

pud eos, nubentem pedibus deduci ſolitam, à pueris, patrimo, & matrimo, vt docet Sextus Pomp. & alij. Cætera quæ ſequuntur apud Pindarum, non male, ni fallor, habent, præter illud ἀγαθὰ, in quo vltima littera deeſt, quæ inſequenti vocabulo σωτῆρας primas tenet & propterea librario, vt ſæpe alias vſuuenit, excidit, neque probatur, θεοείκελος ἥρως, immenſa quadam Græcarum litterarum noticia inſtructus Henricus Stephanus, qui, pro σωτῆρας, legendum cenſet, ὥρας: Addendum enim eſt, ὧρας, quod ab exſcriptore omiſſum fuit, potius, quam τὸ σωτῆρας reijciendum: ſiquidem Horæ, ſiue charites periclitantibus auxiliari, eoſque ſeruare antiquitus credebantur, ideoque ἀγαθαὶ σωτῆρες dictæ. Leucippus, παιανισμὸς δ' οὖν καὶ πολλή τις εὐχὴ θεὰς σωτῆρας καλοῦντες, εὐφημοῦντές τ' αἴσιον γενέσθαι τὸν πλοῦν. Neque eſt quodquiſpiam, nouum aut irregulare illud loquendi genus exiſtimet, cum, & Græcis, & Latinis ſatis familiare ſit. Aeſchylus,

τύχη δὲ σωτὴρ ναυςολοῦς' ἐφέζετο.

Titinnius, *ſapiētia gubernator nauem torquet haud valentia.* Licet forte quiſpiam primum illud, & vltimum vocabulum in auferendi caſu potius accipi debere crediderit: in libris iuris dicitur lex homicidas ferro vltore perſequi.

In Epiſtola Sulpicij ad Ciceronem locus ex Æſchylo, vt videtur, imitatus. Cap. XX.

PRometheus apud Aeſchylum, ea tragœdia, quam de tribus eiuſdem authoris, eodem Promethes nomine inſignitis vnicam vtendam nobis reliquit comſumptrix rerum vetuſtas, poſt longam

rum in humanum genus bene meritorum nar-
ionem, & mille artificiorum à ſe inuentorum e-
merationem. Tandem miratur ipſe, vehementi-
e dolore angitur, ſe, cum tot inuentionum in-
iioſus author & artifex mortalibus éxtiterit,
llam tamen ſemetipſum expediendi, & vinculis
bus detinebatur liberandi rationem, nullum
plicij, cui addictus erat, finiendi, aut ſaltem le-
ndi modum excogitare poſſe. Ad quæ ſe con-
tens chorus Oceanicarum Nympharum in eo-
n dramate, infit.

--κακὸς δ' ἰατρὸς ὥς τις ἐς νόσον
πεσὼν ἀθυμεῖς, καὶ σεαυτὸν οὐκ ἔχεις
ὑρεῖν, ὁποίοις φαρμάκοις ἰάσιμος.

quorum verſuum ſententiam tam prope acce-
ırgumentum, quo Sulpicius vtitur, in Epiſtola
ıdam, quæ Ciceronem nimis ægre Tulliolæ ſuæ
tum ferentem, à luctu auocare conatur, vt ne
dem ouum ouo ſimilius, & vnum ab alio imi-
ım eſſe cuiuis perſpicuum ſit. *Denique*, ait Sul-
us, *noli obliuiſci te Ciceronem, eſſe, & eum qui
ı conſueneris præcipere, & dare conſilium: neque,
ıari malos medicos, qui in alienis morbis profi-
ur ſe tenere medicinæ ſcientiam, ipſi ſe curare non
ınt.* Quo ſpectant etiam hæc Terentiana, in *Act. 5. Sc.*
ſum puniente. *1.*

Nonne id flagitium eſt, te alijs conſilium dare,
Foris ſapere, tibi non poſſe auxiliarier?

ıoc quoque fragmentum, quod Philemoni ad-
bitur, citaturque ex eius Siculo.

--τοὺς ἰατροὺς οἶδ' ἐγὼ
ὑπὲρ ἐγκρατείας τοῖς νοσοῦσιν εὖ σφόδρα
πάντας λαλοῦντας· αὐτοὶ δὲ κἀμπλαίωσι

αὐτοὺς ποιοῦντας πάνθ' ὅσ' οὐκ εἰσὶν τότε.

Pag. H. S. 514. Eodem dente Callias, in Xenophontis ſympoſio, carpit architectos, qui pulcherrimas quidem domos alijs ædificant, ſibi nequaquam, ſed in alienis degere malunt pretio conductis. Ita etiam Aeſchines, oratione in Cteſiphontem, Demoſthenem ei medico comparat, qui morbo laboranti, nihil cõſilij, aut ſolatij adferre poteſt, ſed eo demum vita functo rationem conſanguineis illius aperit, qua facile cõualeſcere potuiſſet: ſed hæc ſunt præpoſterorum hominum, vt illius, apud Plautum, qui rem poſtquam comedit, tunc rationem putat.

Notatus Alexandri Aphrodiſæi error, in Problematis. CAP. XXI.

IAmpridem dictum eſt, nihil tam abſurdum, tamque à ſenſu communi alienum cogitari poſſe, quod non in animum alicuius è Philoſophis inciderit. Id profecto verum eſſe comperi, vel ex hoc vno Alexandri Aphrodiſæi errore, qui cum non parui nominis apud ſuos habeatur, ita tamen aut parum prudens, aut opinione ſua falſus fuit, vt in frigidiſſimis illis oris, quæ ſub Arcto poſitæ, & perpetuis obſeſſæ ſunt niuibus; vinum calidum, & nobile, omni ratione phyſica, & ſenſu ipſo repugnãte generari crediderit. Hanc enim quæſtionem
Lib. 1. mouet in ſuis Problematis, διὰ τί ἐν αἰγύπτῳ θερμοτάτῃ οὔσῃ, ψυχρὸς οἶνος γεννᾶται, ἐν δὲ σκυθίᾳ ψυχρᾷ οὔσῃ, θερμός, Vinum quidem tenue, ac ἐξεστηκός, in quibuſdam Ægypti partibus produci verum eſt, & notat alicubi Athenæus. At ἐν σκυθῶν ἐρημίᾳ, quæ propter intenſiſſimum frigus, intolerabilemque rigorem, omnis generatio-

incapax eſt, vinum non modo non generoſum, ne tenuiſſimum, nec vllum quidem naſci, quis ıquam in dubium reuocauit? neque vero ratio-ɔus, aut decretorio ſtylo, in re tam clara, opus, licet rem habeam cum Philoſopho, ſatis, opi-r, mihi fuerit, teſtimonio ſi non integerrimo, ſal-n omnino non futili, quod contra Aphrodi-ım aſſero, comprobare. En igitur Antiphanem.

-- οὐκ ἔστι κακοδαίμων σφόδρα
ὅστις γαμεῖ γυναῖκα, πλὴν ἐν τοῖς σκύθαις·
ιεῖ μόνον γὰρ οὐχὶ φύετ' ἄμπελος.

ıod ſi leuior Comici authoritas videatur, quam æ Alexandro opponi ſola debeat, Habemus οἴ-θεν μάρτυρα (nec enim domeſticum teſtimo-ım hic reprobari, ſed præ cæteris potius admitti bet) imo & Philoſophorum principem, pro te-:, qui priore libro δευτέρων ἀναλυτικῶν agens de :monſtratione per cauſam remotam, hoc illius emplum proponit, οἷον, inquit, τὸ οὐ Ἀναχάρσι-ς, ὅτι ἐν σκύθαις οὐκ εἰσὶν αὐλοτρίδες, οὐδὲ γὰρ μπελοι. Cuius dicti meminit etiam Plutarchus, ν συμποσίῳ, vbi Anacharſidem, qui & Scytha, & :ytharum ſapientiſſimus habitus eſt, hoc ipſum rdalo reſpondentem inducit: Cum enim muſici ni potatores, vt plurimum, ſint maximi, eam ter-.m, eo hominum genere deſtitutam eſſe oportet, uæ vites & racemos nullos ferat. Non ideo tamen ıiſtimandum eſt, vinum omnino Scythis ignotum iiſſe: nam & Anacharſis πολυποτίας notam non fugit, & à bonis authoribus traditum eſt, σκυθῶν ἶον τὸ πίνειν ἄκρατον. Quod forte in errorem tra-it Aphrodiſæum: Putauit enim idcirco vinum in cythia bonum naſci, quod ibi meracum bibi ſoli- *Ælian. Var. hiſt. Lib. 2.*

tum audiſſet. Sed id communi mortalium vitio, fieri cenſendum eſt, quo fit, vt rerum quarum, cum domi non habeant, aliunde coguntur vſum mutuari, ſiue propter cæli intemperiem, aut inhabilitatem, & ſitum ipſius ſoli, appetentiſſimi ſunt quod in cauſa eſt, cur vicinæ nobis gentes, apud quas vinum nullomodo, aut vile tantum naſcitur, temulentiæ, & bibacitati deditiores ſint.

Homerici verſus, hymno εἰς ἑρμῆν, emendati, & lauandorum puerorum mos obſeruatus.

Cap. XXII.

ΦΙλητέων ὄρχαμος ἀνδρῶν Mercurius, vt in furtis faciendis acutiſſimus, ſic in iiſdem celandis ſolertiſſimus fingitur à Poëtis. Itaque narrant eum abductis Apollinis bobus, & in antro quodam concluſis, vt ſenſit adeſſe Apollinem, non ſine magno dolore, & iracundia, rem furtiuam condicturum, ſeſe, vt nuperi natus erat, faſcijs & puerilibus tegumentis inuoluiſſe, & capite, pedibus, & manibus in vnum coactis ſubiſſe cunas, atque in ijs cum eſſet, ſimulaſſe puerulum quempiam recens lotum, & iamdudum expectãtem dulces ſomnos: Eum tamen vigilantem, ſub axillis tenuiſſe teſtudinem. Verſus, quibus hæc poſtrema depingit Homerus, corrupte, ni fallor, leguntur: ſic enim habent in omnibus, quas vidi, editionibus.

> ἐν δ᾽ ὀλίγῳ συνέλασε κάρη, χεῖράς τε, πόδας τε.
> δὴ ῥα νεόλλουτος προσκαλεύμενος ἥδυμον ὕπνον,
> ἄγρης, εἰ ἔτεόν γε χέλυν ὑπὸ μασχάλῃ εἶχε.

Illud δὴ vacat, neque video, quo pacto, eo loci commode ferri poſſit. Malim στῆ, vt paulo poſt, eodem

in Mercurium hymno, ϛῆ ῥόγε θαρσήσας, & i. ϗ δύο δῦρε ϛαίμ ἔχων. Aut ſi velis, βῆ, vt mno in Apollinem, βῆ δ' ἐπὶ πελφῦση κε- λαινδ̃ος. Cuiuſmodi eſt, ἔρχομαι φράσων, & ilia, apud Platonem, Xenophontem, Plutar- um, Athenæum, & alios, qui modus loquendi m apud nos in ore vulgi. Quod ſi de coniectu- orruptum locum licet reſtituere, maxime pro- uertim lectionem hanc ὥς ῥα νεόλλυτος, quam à vulgari magis alienam, quia eadem compara- ne videtur Hom. hic vti, qua non multo ante,

— ἠΰτε τέκνον
νήπιον ἐν παλάμῃσι παρ' ἰγνύσι λαῖφος ἀείρων
κεῖτο χέλυν ἐρατὴν ἐπ' ἀριστερὰ χειρὸς ἐέργων.

quibus vltimum illum verſum ita, legendum, reſtituendum ſuſpicor.

ἐγρήσσων, ἐρατὴν τε χέλυν [illegible] μ. ε.

omnians vigilabat Mercurius, lyram ὥστε ἀθύρ- ματον, & puerile ludicrum geſtans, ſimiliſque in- nti recens loto, & iam in ſomnum inclinanti. pithetum νεόλλυτος à veteri quadam, & iam diu cepta conſuetudine deſumptum eſt, qua matres, nutriculæ in infantibus educandis vtuntur, vt à- ad Theocritum Alcmena Herculem decem men- s natum, & nocte vna minorem Iphiclum cunis nponit.

ἀμφοτέρους λούσασα, ϗ ἐμπλήσασα γάλακτος.

Quinetiam recens natos pueros lauare mos fuit, vt hodie, ſiue id boni ominis cauſa fieret, ſiue vt urcum & maculoſum omne ablueretur. Plautus, Amphitruone. *Sc. ſpes atque opes.*

Poſtquã peperit pueros, lauere iuſſit nos, occepi- mus.

Sed puer ille, quem ego laui, vt magnus eſt, & multum valet.

Lycophron in Alexandra.

-- πρὶν λαφύξασθαι γάνος,
πρὶν ἐκ λοχείας γυῖα χυτλῶσαι δρόσῳ.

Callimachus hymnis in Iouem, & in Delum, Homerus ipſe hymno in Apollinem, & alii. Sed hæc forte indigna erant quibus hic aliquis daretur locus. Aliter tamen feci, quia à doctis viris ſæpius audiui, nihil tam humile, aut minutum in his ſtudijs eſſe, quod negligi debeat, modo in bonis authoribus vero ac ſerio intelligendis lucem facere poſſit: ſcilicet, lucri bonus eſt odor, ex re qualibet.

Quid videatur de alio quodam Homeri verſu, νυκτὸς ἀμολγῷ. CAP. XXIII.

ANnectam & aliam, de alio Homeri verſu, in eodem hymno, coniecturam. Poſt longam, inter accuſantem Apollinem, & tuẽtem ſe, ac excuſantem Mercurium, diſceptationem, Tandem πολύμητις & verſutus Deus, cum nihil aliud, quam obſcuras quaſdam verborum ambages, & diuerticula quæreret, quibus inſtantis Apollinis manus poſſet effugere rogat eum, vt ſecum in ius ire velit, coram Ioue cauſam ſuam acturus: Apollo vero contra, confitentem potius reum, quam litigioſum aduerſarium habere cupiebat. Locum Poëtæ integrum, quo de eo facilius iudicetur, apponam.

-- ὁ μὲν νημερτέα φωνὴν
οὐκ ἀδίκως ἐπὶ βουσὶν ἐλάζυτο κύδιμον ἑρμῆν.
αὐτὰρ ὁ τέχνῃσί τε, καὶ αἱμυλίοισι λόγοισιν
ἤθελεν ἐξαπαλᾶν Κυλλήνιος ἀργυρότοξον.

Illud, οὐκ ἀδίκως, ferri quidem poteſt, ſed multo

nelius, niſi mea me fallit opinio, paucis immutatis
gereretur, ἐ κ̓ δίκλω, vt ſit hic ſenſus, A Mercurio
Phœbus exigebat, hoc enim vult ἐλάζυτο, quod
idem eſt, ac ἐπράττετο, vocem veridicã; nõ iudiciũ,
ut litem ob boues. Eodem hymno Homer. & poſt
um Theocritus, & alij, mediam noctem, ſeu me-
is tenebras, vocant, νυκτὸς ἀμολγόν. Quod ta-
nen interpretes volunt intelligi de tempore, quo
on mulgentur Capræ. Tricæ Tellanæ, μᾶζαν ἀ-
μολγαίαν, in verſu quodam Heſiodi dictam putat
Athenæus, nõ panẽ nigrum, vt quidam volebãt, aut
albũm, vt alij, ſed ποιμενικὴν κ̓ ἀκμαίαν, hoc eſt,
ingentem, & decumanam, vt ait Lucillius, qualis
illa apud Theocritum, ſub finem Heracliſci.

-- μέγας ἄρτος,
δωδεκὸς, ἀσφαλέως κεφυτοσκάφον ἄνδρα κο-
ρέσσαι.

rit igitur νυκτὸς ἀμολγὸς, idem quod νυκτὸς
ἀκμὴ, ſeu vigor penitiſſimæ noctis, ſiue, vt loqui-
ur Varro, noctis meridies.

*Expes, νέποις, Horatij, & Theocriti verſus expli-
cati, & leuis macula, quæ cuidam Lycophron-
tis verſui inhæſit, expuncta.*

Cap. XXIIII.

QVam feliciter audax eſt in exprimendo Græ-
canicarum locutionum lepore Horatius,
am lubenter Latinis vocibus vtitur Græca nota
percuſſis. Ex cuius monetæ genere vocabulum
quoddam animaduerti, in eius arte Poëtica.

-- & fortaſſe cupreſſum
Scis ſimulare quid hoc? ſi fractis enatat expes
Nauibus, ære dato qui pingitur?

In ijs enim, τὸ expes, neſcio quid ξενικὸν τῆς λέξεως ſubolet: Nec aſſentior Lambino, qui ex ſpes, de ſuo legit, reclamante omnium editionum authoritate; & fide, hoc eſt, vt ille interpretatur, ſine ſpe, fortunarum videlicet, & ſpei ſimul omnis naufragio facto. Magis arridet communis lectio, expes. Quod vocabulum ab Horatio procuſum videtur ad inſtar Græci, νέπους, quod idem eſt, ac ſine pede, vt ipſa compoſitio ſatis clamat, vnde in epigrammate, εἰς κυνηγοὺς, νέποδες pro piſcibus,

πλωτὰ, καὶ ἀγροτέρων κέρδεα, καὶ νεπόδων.

Et Phocæ ab Homero vocantur νέποδες, non quod non habeant pedes, ſed quia dum natāt, & degunt in aquis, non videntur vllos habere. Eo vero loco, quem ex Horatio citauimus, exſibilantur, ij, qui minuta tantum, & leuia aut forte etiam à propoſito aliena ſectantes, principem modum & rei caput, quam ſibi deſcribendam propoſuerant, non attingunt. Quid enim ad rem, inquit, ſi quis è grege pictorum, in arte ſua parum verſato, cupreſſum quidem effingere belle norit, ſed cum hominem naufragum in tabella Neptuno vouenda depingendum arrhis acceptis ſuſceperit, penicillo exprimere, quod præcipuum eſt, neſciat, nimirum ingentem tempeſtatem, ventos immane ſpirantes, agitatam conquaſſatamque in medijs fluctibus nauim, & miſerum ipſum homūcionem, enatantem, & in aquis, quaſi iam iam periturum, ore tantum tenus extantem, reliquo corpore vndis abſorpto. Hoc vult expes illud Horatij. Et quia de voce νέπους loqui cœptum eſt, ὁδοῦ πάρεργον, aliam eius acceptionem notabimus ex Theocrito, in Edyllio, quod ἐγκώμιον εἰς πτολεμαῖον inſcribitur, vbi

exandrum, & Ptolemæum Lagi filium, Ptolemei Philadelphi, in quem illud encomiũ ſcriptum t, patrem, facit Theocritus, ab Hercule natos, idcirco θεὺς νέποδας vocat, hoc eſt, non vt προλόγοι verſores interpretantur, ſine pedum ı factos, aut laneos pedes habentes, quo pacto ımiæ, Lemures, ampuſæ, & cætera μορμολύκια, Dij penates, Nemeſis, & Ate olim fingebant: ſed poſteros, ſeu ἐπιγόνους, facem præferente ıſtathio, qui νέποδας dici aſſerit, κατὰ τὴν γλῶσσαν δωρικὴν, ἀπογόνους. Qui & Cyrenaice ἀμυνα- ı, quæ vox vſitata Lycophroni. Virgilius vocat ijs genitos. E contrario πρόγονοι, proprie ſunt digetes, qui & capita à Latinis dicũtur, & ab Enno, apud Ciceronem, genitales, ſeu geniales Dij, & ιγενδοι ac ἐγγενεῖς, à Sophocle in Electra, & ab ıdem Lycophrone γενάρχαι. Odyſſ. ρ. pag. 1502.

— ὧν ἀπὸ σποράς

ἐμὺς γενάρχας ἐξέφυσε δωδώνος. Pag. Frob. 165.

a enim legendum, non vt vulgo in omnibus editionibus, γυνάρχας.

ubtile & ab elato animo profectum reſponſum Annibalis, à Cicerone melius elegantiuſque, quam à Græco authore videri memoria commendatum. Cap. XXV.

Icero libro primo de diuinatione, contra Haruſpices, & ariolos diſputans, docet inutilem ſſe, & falſam omnem eorum doctrinam, cum ationibus, vnde quaque poteſt conquiſitis, tum ræſertim Illuſtrium virorum dictis & exemplis, ui artem illam diuinandi, tanquam futilem, & vaam contempſerunt. Inter nonnulla, hoc de An-

nibale commemorat. *Rex Pruſias cum Annibali apud eum exulanti, pugnare placeret, negabat ſe audere, quod exta prohiberent. At tu, inquit, carũcula vitulina mauis, quam veteri Imperatori credere?* quod & refert eruditiſſimus Plutarchus, non ita concinne tamen, & eleganter, vt Latinus author, ait, enim τίδε ἀννίβας ὁ καρχηδόνιος, οὐκ ἐχρῆτο παῤῥησίᾳ πρὸς ἀντίοχον βασιλέα· ὄντα φυγὰς ὢν, ὁπηνίκα καιροῦ διδόντος ἐκέλευεν αὐτὸν ἐπιχειρεῖν τοῖς πολεμίοις· τοῦ δὲ θυσαμένου καὶ σπλάγχνα κωλύειν φάσκοντος, ἐπετίμησεν εἰπών, σύ τι κρέας, λέγε, ποιεῖς, οὐχὶ νοῦν ἔχων ἄνθρωπος; Vides, quam nihil, aut parum ad modum hæc præ Latinis illis ſapiunt, ob defectum aculei illius quem elegante antitheſi condiuit Tullius, Itaque ne eiuſmodi ſale careant verba Græca, & vt ea Latinis reſpondeant, crediderim non male ita poſſe reponi, σύ τι κρέας λεγέ, ποιεῖς, μᾶλλον ἢ νουνέχοντ᾽ ἄνθρωπον; Pruſiadem autem Bithyniæ Regem, Antiochum appellat Plutarchus, forte, quia id nomen, ab omnibus Syriæ Dynaſtis, inueterata quadam conſuetudine, vſurpabatur. De exilio Annibalis videre eſt Iuuenalem Satyra decima, & eodem, opinor ſpectant hæc Varronis περὶ ἐξαγωγῆς. *Quærit ibidem ab Annibale, cur biberit medicamentum, quia, Romanis, inquit, me Pruſiades tradere volebat.*

Lib. de Exilio.

Oratiana quædam è Græcis ducta. Varronis locus apud Nonium de via correctus, & explicatus. CAP. XXVI.

HOratium ſuo more egiſſe cenſendum eſt, & ad Græca reſpexiſſe, cum mares animos ad ıртia bella exacui Tyrtæis verſibus dixit. Euripis, in Oreſte. *In arte Poet.*

ὦ τὰς φρένας μὲν ἄρσενας κεκτημένη.

uod & ad res inanimatas tranſlatum eſt, vt *μῆνιν* *σενα*, & *ἄρσενα ῥώμην*, in Epigrammatis, & *σεν ἔλαιον.* apud Callimachum, *λουτροῖς παλλ.* *Non. inv. maſculum.* ırro, *ὄνος λύρας*, *ſi non plus teſticulorum offender, quam in caſtrato pecore in Apulia, vincor non è maſculum ad rem.* Corruptus eſt locus, niſi for- *τὸ* res, ibi turpiculum quid ſignificet, qua in no- *Lipſius in Gy.* ɔne apud bonos authores nonnumquam ſumi ıtum eſt, & ſubaudiri velis, aptum. Quidam le- ınt maſculum Aren, hoc eſt, martem. Malim poni, maſculum marem, id eſt, marem qui om- *Lib. I. Carm.* a vaſa ſua habeat, cuique nihil deſit ad plenam & tegram venerem. *Magna anima præditum Paum*, qui in Cannenſi pugna occubuit, vocat alibi em Horatius, imitatione, vt credibile eſt, Hoeri, hymno *εἰς Ἀπόλλ.*

οὐδ᾽ ἐπιτέρποντα θυμὸν μέγαν εἰσορόωντες

ıt Sophoclis, in Aiace *μαστιγοφ.*

τῶν γὰρ μεγάλων ψυχῶν ἱεὶς (φθόνος)
οὐκ ἂν ἁμάρτοι.

idnus pharetra Apollo, *χαιτηισμὸν ὄζει.* In epi- *Ode 10. li. I. Carm.* ;rammate, *πνεύματος ὀρφανισεν*, & paſſim *ὄρφας*, & *ὀρφανίζειν*, ad alia quæcumque transferunır quæ priuationis ſuſceptibilia ſunt. Ita & apud irgilium, in Ciri.

-- *Lacus viduos a lumine Phœbi.*

2. Serm.
ep. Hoc eſt στερηθέντας τῆς τοῦ ἡλίου φλογός.

Occidis ſæpe rogando accedit ad Græcum ἀποκτείνειν, Antiphanes.

ἀποκλεινεῖς ἄρα μ᾽, εἰ μὴ γναρίμως
καὶ πάνυ φράσεις κρεῶν χύτρας.

Theognetus.

ἄνθρωπ᾽ ἀπολεῖς με. τὴν γὰρ ἐκ τῆς ποικίλης
στοᾶς λογαρίων ἀναπέπλησμένος νοσεῖς.

Et alibi ſæpe. Qui quidem loquendi modus frequens etiam eſt apud nos. Eam quoque ſimilitudinem, qua ſe idem Horatius, maledico cuidam poëtæ terrorem incutiens comparat alacri moloſſo, arrectis auribus per altas niues præcedentem feram agenti, non valde ab illa diſſimilem eſſe putaui, qua Xenophon, iuuenem adhuc Cyrum, tam acrem in pugna fuiſſe narrat, vt more generoſi alicuius canis, qui in obuium aprũ imprudẽter fertur, ſic ille in globum hoſtium irrueret, tanto feriendi cædendique deſiderio, vt nihil prorſus de ſua ſalute cogitaret: verba Xenophontis ſunt. ὥσπερ δὲ κύων γενναῖος ἄπειρος ἀπρονοήτως φέρεται πρὸς κάπρον, οὕτω καὶ Κῦρος ἐφέρετο μόνον ὁρῶν τὸ παίειν τὸν ἁλισκόμενον, ἄλλο δὲ οὐδὲν προνοῶν.

Epod. | Cyri pæd. lib. 1.

Aliquot Homeri verſuum hymno in Veſtam emendationes. Cap. XXVII.

Poſterior hymnus, qui apud Homerum in vulgaribus editionibus exſtat, hoc titulo, εἰς ἑστίαν, decurtato lemmate mutilus videtur: Dicendum enim omnino eſt, εἰς ἑστίαν καὶ ἑρμῆν, cum ibi duos illos Deos coniunctim laudibus proſequatur, ac inuocet Poëta. Nec vero titulo tantum,

ſed

d meliore fere ſui parte laboratis hymnus, nam ec in eo leguntur.

ὀ γὰρ ἄτερ σοῦ
εἰλαπίναι θνητοῖσιν' ἵν' ὀ πρώτη πυμάτῃ τε,
ἑςίῃ, ἀρχόμενος σπένδει μελιηδέα οἶνον.

ego. --ὀ γὰρ ἄτερ σου
εἰλαπίναι θνητοῖς· σοὶ δὲ πρώτῃ πυμάτῃ τε
ἑςίῃ, ἀρχόμ. σ. μ. ο.

t ſit hic ſenſus. neque enim ſine te conuiuia morlibus, ſed tibi primæ & vltimæ, o Veſta, vinum liit, qui primitias fundit, aut, qui rem ſacram perat: ἀρχόμενος enim hic ſumendum eſt, ἀντὶ τοῦ παρξάμενος, ſimplex pro compoſito, quod verım in ſacris & libationibus frequens fuit. Theoitus δαμάτερι δαῖτα τελεῦντι ὄλβω ἀπαρχόμενοι. Et Homerus ipſe alibi ἐπαρξάμενοι δεπάεσσιν, & hymno in Apollinem, libantem Theidem inducens, ob recens natum Apollinem, ait.

ἀλλὰ θέμις νέκταρ τε καὶ ἀμβροσίην ἐρατεινὴν
ἀθανάτῃσι χερσὶν ἐπήρξατο·

icet, vt id aliud agens moneam, ibi malim, πορέατο ἀπὸ τοῦ πορέγνυμι, quia mens hæc potior oetę videtur, vt Themidem nectar, & ambroſiam ræbuiſſe Apollini recens in lucem edito potius elit quam libaſſe, vt ipſe ex ijs, quæ non multo oſt ſubiungit, ſatis clare innuit. αὐτὰρ ἐπειδὴ οῖβε κατέβρως ἄμβροτον εἶδαρ. Qui enim, uæſo, immortalem illum cibum comediſſet inntulus Apollo, niſi quis ei prius comedendum adidiſſet? At euagamur, & à ſcopo aberramus, πρώτῃ πυμάτῃ τε ſpeciem prouerbij quamdam ræ ſe fert. Idem Homerus alibi.

--σοὶ δ' ἀοιδὸς ἔχων φόρμιγγα λίγειαν

ἡδυεπὴς πρῶτόν τε καὶ ὕστατον αἰὲν ἀείδει.

Theognis -- οὔποτε σεῖο

λήσομαι ἀρχόμενος οὐδ᾽ ἀποπαυόμενος.

Orpheus. Ζεὺς πρῶτος λεγέτω, Ζεὺς ὕστατος.

Sequuntur hæc apud Homerum.

καὶ σύ μοι ἀργειφόντα διὸς καὶ μαιάδος υἱὲ,
ἄγγελε τῶν μακάρων, χρυσόρραπι, δῶτερ ἐάων,
ναίετε δώματα καλὰ, φίλα φρεσὶν ἀλλήλοισιν.
ἵλαος ὢν ἐπάρηγε σὺν αἰδοίῃ τε, φίλῃ τε
ἑστίῃ· ἀμφότερος γὰρ ἐπιχθονιῶν ἀνθρώπων
εἰδότες ἔργματα καλὰ, νόῳ θ᾽ ἕσπεσθε καὶ ἥβῃ.

Cicatrices hic multæ latentes. Primum, quis non videt tertium illum verſum ſedem mutaſſe, & eiuſmodi tranſpoſitione ſenſum omnem turbare: ſuæ ergo ſtationi emanſor ille reddendus eſt, itaque legendum, vel ipſo Homero iudice.

-- δῶτερ ἐάων
ἵλαος ὢν ἐπάρηγε σὺν αἰδοίῃ τε φίλῃ τε
ἑστίῃ· ἀμφότεροι γὰρ ἐπιχθονίων ἀνθρώπων
ναίετε δώματα καλὰ, φίλαι φρεσὶν ἀλλήλοισιν
εἰδότες ἔργατε καλα.

Verum quidem eſt, quamdam ſenſus interruptionem, aut inuerſionem, ſeu λόγου ἀνακολουθίαν, in bonis authoribus, ac Poëtis præſertim, inueniri, quam velut næuum, aut verrucam, in pulchro corpore facile tolerari poſſe, & Græco nomine γρῖφον vocari docet Demetrius Phalereus, de elocutione: ſed id hic non obtinet: Eſt enim verſuum metatheſis plane vitioſa, quæque in Homero ferri non debet. Per δώματα καλὰ, intellige, ναοὺς εὐδμήτους. Sic hymno εἰς ἑστίαν. ἀπόλλωνος ἑκάτοιο Πυθοῖ ἐν ἠγαθέῃ ἱερὸν δόμον. Et εἰς ἄρτεμιν. μέγα δῶμα κασιγνήτοιο φίλοιο. Et in Mercurium. εἶμι

ἀφ᾽ ἐς πυθῶνα μέγαν δόμον. Deinde φίλοι φρε-
ν ἀλλήλοισιν, vt alias, ὁμόφρονα θυμὸν ἔχοντες.
alibi, ἐπέρχεο θυμὸν ἔχουσα σὺν διί μητιόεντι.
ι fine vltimi verſus lego.

νέοις δ᾽ ἕσπεσθε κ᾽ ἥβη.

ιuete iuuentuti, idem fere eſt, quod ait alibi,
πλοτέροισιν ἀρήγε.

e alio quodam eiuſdem poëtæ verſu, hymno εἰς ἄρτεμιν. Cap. XXVIII.

Vſilla quædam menda ita inhæſit nomini eius
fluuij, apud quem natus altusque fertur Ho-
erus, & à quo etiam primum Meleſigenes ap-
llatus eſt, & eius ſcripta, Meleteæ Chartæ, vt in
uſa ea fuerit, cur is huc vſque incognitus & ve-
t à Poëta ſilentio prætermiſſus remanſerit. Quaſi
ro veriſimile ſit, Homerum patrij illius fluuij,
ius etiam filius à nonnullis habitus eſt, tam pa-
m memorem fuiſſe, vt nullam plane de eo men-
onem totis ſuis ſcriptis fecerit? neque enim alte-
m putem locum inueniri in toto Homero poſſe,
bi Meletem nominarit. Locus, quo de loquor,
c eſt, hymno in Dianam.

-- ὁμότροφον ἀπόλλωνος,
ἥθ᾽ ἵππους ἄρσασα βαθυσχοίνοιο μελήτης
ῥύμφα διὰ σμύρνης παγχρύσεον ἅρμα διώκει.

ribendum μέλητος, aut μελήτου ἀρσενικῶς, non
ελήτης, θηλυκῶς. Solinus. *Smyrnam Meles
rcumfluit inter flumina Aſiatica facile præcipuus
nnis.* Plinius. *Ora Smyrna amne Melete gaudet* Cap. 43.
on procul orto. ἄρσασα vero idem eſt, quod λού-
σασα, ἀπὸ τοῦ ἄρδω, ſeu ἀρδεύω, non ab εἴρω, vt *Lib. 5. nat. hiſt. cap. 29.*
iſtimarũt interpretes. Nempe Artemis, quæ fre-

quenti motu gaudet, dictaque eſt, ſi Platoni credimus ἀπὸ τοῦ ἀέρα τέμνειν ſolet equas, aut ceruos adaquare vnda meletea, priuſquam eos curtui iungat, vt apud Callimachum hymno in Dianam. --ὑπολλνίδας ἐπλήσαντο

ὕδατος, ὄφρ' ἐλάφοισι ποτὸν θυμαρμένον εἴη.

more, videlicet, agitatorum, qui ante curſum faciendum, aut eo iam cæpto, incaleſcentes equos frigida perfundunt: quo paululum refocillati, alacriores, vegetioresque ſint ad curſuram.

Ratio cur à nouis maritis olim ſpargerentur nuces, & patrij cuiuſdam moris origo & cauſa allata. CAP. XXIX.

NVces à nouis maritis ſpargi, & pueris, qui frequentes ad id conueniebant, projici olim ſolitas, nemo eſt, in antiquarum rerum notitia tam hoſpes, qui non ſciat. Cur autem id fieret, varij varias rationes commenti ſunt. Nonnulli eam conſuetudinem ideo vſitatam à priſcis illis fuiſſe volunt, vt inter cadentium nucum tripudia, & diſcurrentium, rixantium, ſeſeque inuicem pulſantium puerorum ſtrepitum, exaudiri non poſſet vox ingemiſcentis, vimque patientis puellæ. Alij, vt Iouis omine celebrarentur nuptiæ, in cuius tutela nuces. Aut certe, quod veluti iuglandes duplici operiuntur tegumento, cute nimirum, & corio, ſeu ligneo putamine: ſic pari munimine, ab vtroque parente protegi & cuſtodiri debeant, emiſſi & ſuſcepti fœtus. Quidam vero, quod probabilius eſt, idcirco id factum autumant, vt eo ſigno, ludos, iocos, & iuuenilem omnem mentem à ſe abijcere, ſeria deinceps, & viro digna cogitaturum, tractatu-

amque, maritus indicaret. Denique aliud alijs lacet, Et quiſque ſuos patimur manes. Nobis vero ne ἀσύμβολοι adſimus lautis his & pluſquam nuptialibus æpulis, ſtipem quoque noſtram conferre liceat, quæ an in probo ſit, & vſuali, peritorum iudicio relinquimus. Dicimus ergo ſpargi ſolitas à nouis maritis nuces videri, in auſpicium fauſti proſperique aduentus, & velut certiſſimum ingentis lætitiæ teſtimonium. Cum enim mulier, quæ familiæ ſuæ & caput & finis eſt, ſpecie quadam emptionis in viri domum & manum tranſiret iure, ille, ea recepta ὡς τύχῃ ἀγαθῇ, & quod fauſtum, felix, fortunatumque foret, nuces hoc eſt, vt interpretor, omnia eorum quæ cortice teguntur, genera, pueris effundebat. Qui mos à Græcis manauit: Illos enim idem factitaſſe conſtat, non in nuptijs modo, ſed & alijs rebus quamplurimis, vt quando nouum mancipium, & recens emptum, in ædes domini emptoris ingrediebatur, pyra, poma, glandes Ibericæ, Caricæ Phœniceæ, Palmulæ Ægyptiæ, Auellanæ, Thaſiæ, amygdalæ, Caſtaneæ nuces, & alia id genus, ſuper noui ſerui caput effundebantur, & ita reliquis, quæ in eadem domo erant, mancipijs comedenda tradebantur, εἰς σημεῖον εὐποιΐας vt teſtatur Pollux, in Onomaſtico. Vnde apud Ariſtophanem, propter recuperatos, ope Æſculapij, à Pluto oculos, iubet Chremyli vxor, ſeruos ſuos, & vicinos omnes, lætitiæ indulgere, plauſum dare, choreas agere, interim domo ſe καταχύσματα, ſic enim vocat, allaturam, ὥσπερ νεωνήτοισιν ὀφθαλμοῖς. Vt etiam apud Romanos, Ciceres, Fabas, Lupinos, ludis Floralibus, à Magiſtratibus, & in circo ab *Pag. edit. Frob. 39.*

Ædilibus, & alia quæuis miſſilia, in vulgus iactari conſueuiſſe notum eſt. Hinc quoque, opinor, apud nos, peruetuſto more fit, vt pueris natis, & ſalutari aqua expiatis, foris quidem proijciantur bellaria, à vicinis, & prætereuntibus diripienda: domi autem, in vaſculis aureis, argenteiſue, præbeantur tragemata. Quod vocabulum cum ea conſuetudine, à nobis, licet tantiſper immutatum, huc vſque ſeruatum eſt, & Gallice vocamus, *dragee*.

BERNARDI MARTINI, VARIARVM LECTIONVM Liber ſecundus.

De calore Poëtico nonnulla: Homeri & Pindari loci quidam inter ſe collati.

CAP. I.

LYricorum principem, ob calorem, & afflatum illum poëticum, quo æmulis coætaneis præcellebat, non in ſcholarum vmbra, & puluere quæſitum, ſed ſibi ingenitum, innatumque tantum gloriari ſolitum fuiſſe, patet ex eius ſcriptis, vt etiam comparare ſe non dubitet altiuolanti aquilæ, & procul *Nemeor. Ode 3.* veſtiganti, venantique prædam: Bacchyllidem vero, & Simonidem, συγχρόνους, à magiſtris edoctos graculorum, & coruorum ſimiles eſſe dicat, nihil niſi paruum ac humile ſpirantium, & irrita garrientium, Itaque eam maxime hominum de ſe opinionem eſſe vult, vt naturalis cuiuſdam, & non publicę venę vim habere credatur, & carmen parere non operoſum, vt illi, ſed ſponte naſcens, ἐκ συγγενοῦς ἐνθουσιασμοῦ. Eam ergo ingenij ſui præſtantiam, & facilitatem, ſtatim initio ſuorum, quæ ad nos peruenerunt, operum, iactabundus prædicat his verſibus.

ἀγλαΐζεται δὲ καὶ,
μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ· *Olymp. Ode 1.*
οἷα παίζομεν φίλαν

— ἄνδρες ἀμφὶ θαμὰ
τράπεζαν.

Cuius loci ſenſus, non ita quidem abſtruſus, neque difficilis, aliquos tamen eorum effugit, qui in his ſtudijs multum poſſe cenſentur. Hoc vult Pindarus, ſuos cantus, cum eos de repente, & ἐκ τοῦ προστυχόντος funditet, non minori facilitate, quam ſolēt varia inter ſe garrire, qui menſæ accubant lautioribus cibis inſtructæ: eſſe tamen optimos, & vibrantibus ſententiolis, ſuaueolentibus Muſarum floſculis circũquaque conſpicuos collucere. Eam vero ſimilitudinem, quæ ad tam propenſi ad verſus fingendos, ingenij naturam indicandam, tam idonea eſt, ab Homero deſumptam eſſe, & imitatam arbitror, qui eandem animi promptitudinem, & bonitatem Mercurio tribuit, hymno in eum ſcripto.

-- θεὸς δ᾽ ὑπὸ καλὸν ἄειδεν
ἐξ αὐτοσχεδίης πειρώμενος, ἠΰτε κοῦροι
ἡβηταὶ θαλίῃσι παραιβόλα κερτομέουσι.

Nitide Homerus, & latiori ſtylo, oculis ſubijcit, quod à Pindaro breuius, & præfractius, & cum ea ſenſus obſcuritate, quam vbique ſectatur, proponitur. Ex his autem potes elicere, Poëta nõ fieri ſed naſci, & non tam artem, aut doctrinam in eo, quam genium, & naturam ipſam ſpectandam eſſe: quemadmodum, enim ab æqualitate, aut inæqualitate pulſus, deprehendere potius medici ſolent ægri hominis valetudinem, quam à rubore, aut pallore vultus, frigeſcentibus artubus, aut alijs huiuſmodi συμπτώμασιν: ita natiuus, ille, & non aſcititius Poëtæ genius, non tam ab arte, aut verſuum numero, aut vero etiam doctrina, dignoſ-

cendus eſt, ἢ χρὴ ἐφάψασθαι τῆς αὐτοῦ φλεϐός.

Quam inſulſi ſint ij, qui exemplorum ſimilitudine, & vſu, impune ſe peccaturos confidunt.

Cap. II.

Lubenter plærique omnes faciunt, vt, ſi ἐπαυτοφώρῳ deprehenſi fuerint, & neque ſcelus inficiari tegere-ue queant, nec vlla diuerticula, quibus pœnam, & ſupplicium ſibi debitum effugere poſſint, habeant, continuo purgare ſe exemplorum vſu, & turpitudinem ſuam, communis conſuetudinis venia ſoleant deprecari. Quod quidem agit fatuæ indulgentiæ ſpeculum, & ineptus pater, Mitio, apud Terentium, Adelphis, & grauiſſimum Æſchini filij facinus diſſimulans, ita ipſum alloquitur.

In qua ciuitate tandem te arbitrare viuere?
Virginem vitiaſti, quam te fas non fuerat tangere.
Iam id peccatum primum magnum: At humanum tamen,
Fecere alij ſæpe item boni.

quorum verſuum primum, vt id obiter dicam, integrum Tullius in ſuam primam Catilinariam tranſtulit, vt & alios eiuſdem Comici non paucos, varijs ſuarum orationum locis inſeruit. Eodem etiam modo, in Hecyra, Phidippus Philippi ſui amores, à vitio & errore communi excuſat.

Multo prius ſciui, quam tu, illum amicam habere, Myrrhina,
Verum id vitium numquam decreui eſſe ego adoleſcentiæ:
Nam id omnibus innatum eſt.

Id autem ſtolidum hominum genus, quod ex improbitatis alienæ tolerantia, impunitatis ſpem, & peccandi illecebras ſibi quærit, præclaro hoc, ſubtilique enthymemate ſub perſona Androtionis carpit Demoſthenes, in ea oratione, quam ſuarum omnium primam, ſeptem & viginti annos natus habuiſſe fertur. σὺ δὲ μὴ λέγε, inquit, ὡς γέγονεν οὔπω πολλάκις, ἀλλ' ὡς οὐ προσήκει γίγνεσθαι. οὐ γὰρ εἴ τι πώποτε μὴ κατὰ τοὺς νόμους ἐπράχθη, σὺ δὲ τοῦτο ἐμιμήσω, διὰ τοῦτο ἀποφύγοις ἂν δικαίως, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἁλίσκοιο. ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἑάλω, σὺ ταῦτα οὐκ ἂν γράψαις, οὕτως ἂν σὺ νῦν ἁλῷς, ἄλλος οὐ γράψει. Ita & Polycratem quemdam arguit Iſocrates, eo quòd pro Buſiride dicturus, non tam illius Apologiam aggreſſus, quam meram criminum confeſſionem profeſſus videretur, cum eum quidem culpæ affinem fateretur, ſed ad commune & vſitatum conuictis effugium recurrens, ab àlijs eadem & maiora perpetrata diceret. At vero ſi apud graues viros, æquoſque iudices ineptę & friuolę eiuſmodi defenſiones locum haberent, πῶς οὐκ ἄν, ait Iſocrates, καὶ τὰς ἀπολογίας ἅπασι ῥᾳδίως ποιήσαιμεν, καὶ τοῖς βουλομένοις εἶναι πονηροῖς πολλὴν ἐξουσίαν κατασκευάσαιμεν.

Elegantes aliquot voces, quibus progaſtores, & gulæ dediti homines, à Comicis Græcis nuncupantur. CAP. III.

IN eam hominum nationem, quæ nihil niſi ventrem, & ea quæ ventrī implendo, accommodata ſunt cogitat, quæque vino exſorbendo, deglutiendiſque cibis tantū nata eſt, aliquo fere ſemper ioco,

& ſcômate ludunt Græci præſertim Comici, variiſque nominibus rei tam turpi repræſentandæ aptiſſimis, ſordidas eas, & impuras belluas appellant. Vt preclarè Epicrates, Polyphagum, quique ingens quidpiam comediſſet, ventrem vocatum fuiſſe tradit.

γαστέρα καλοῦσι καὶ λάμυρον, ὃς ἂν φάγῃ τι ἡμῶν
πι τοῦτο.

Vnde forte Iuuenalis,

Montani quoque venter adeſt abdomine tardus,

περιφραστικῶς, *Montani vẽter*, vt apud Sophoclem, πελειάδος ὄμμα πελείας, ἀντὶ πελείας, αὐτῆς, & apud Ariſtophanem, ψυχὴν ἐμπλήσασθαι διοπείθους, ἀντὶ τῆς τοῦ διοπείθους μανίας. Aut ex hoc Lucillij.

Viuite Lurcones, Comedones, viuite ventres.

Aut vero etiam ex iſtis Varronianis. *Edones, Phagones, tenebriones, nebulones, bellnones, ventres.* Alias apud Anaxandridem, ventrioſo cuidam, & axungia laboranti, ζωμοῦ nomen impoſitum dicitur.

—λιπαρὸς
ὅτι περιπατεῖ Δημοκλῆς
ζωμὸς κατωνόμασται.

In Antiphane quoque, ob nimiam pinguedinem, & obeſum adipe corpus, alter quiſpiam, non venter quidem, ſed duabus tantum litteris minore vocabulo, lepide vtér vocatur. — τοῦτον οὖν
δι' ὀνοφλυγίαν καὶ πάχος τοῦ σώματος,
ἀσκὸν καλοῦσι πάντες οἱ ἐπιχώριοι.

Forte legendum in primis illis verbis, τοῦτον ὗν, quomodo Menander in Piſcatore, loquẽs de Dionyſio Heracleæ Ponticæ tyranno, qui propter incredibilem corporis molem, & æſtuantem diſtenti

Cyriped. lib. 6. Pag. H. S. 72.

abdominis aruinam, turri includendus fuerat ne ſuis horrorem incuteret, παχὺς ὗς, inquit, ἔχει τ' ἐπὶ ϛόμα. Varro Prometheo, libro primo, *In tenebris ac ſuilla, niſi non ferum viuūnt hara homines, qui nunc plerique ſues ſunt exiſtimandi.* Xenophon, agens de Perſarum frugalitate, τὸ δὲ, ait, κεκινῆσθαι ὑπὸ τῶν βρωμάτων καὶ τῆς πόσεως, πάνυ αὐτοῖς αἰσχρὸν καὶ θηριῶδες δοκεῖ εἶναι. Sed vt ad penſum redeamus, cum eo, de quo in illis Antiphanis verſibus, eundem eſſe exiſtimarim Rhodium quemdam, quem διὰ τὴν οἰνοφλυγίαν, ἀμφορέα κεχηνότα docet Ælianus in varia ſua hiſtoria, vbi & Diotimum Athenienſem idcirco, infundibulum nuncupatum fuiſſe dicit, ὅτι ἐντιθέμενος ϛόματι χώνην, ἀδιαλείπτως ἐχόρει τὸν εἰσχεόμενον οἶνον. Belle vero, & eleganter Timon μισάνθρωπος in Sillis & ventres, & inani ſpe ac cogitatione plenos vtres homines appellauit,

Apud Theod.

σχέτλιοι ἄνθρωποι, κάκ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον,
ποίων ἔκ τ' ἐρίδων καὶ λεσχομαχῶν, πεπλάνησθε
ἄνθρωποι κενεῆς οἰήσεος ἔμπλεοι ἀσκοί.

Certe à tam ridiculo & agreſti homine, tam veris & proprijs nominibus, cæteri hominum non fuerunt compellendi, at πολλάκι καὶ κηπωρὸς ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν.

Egregia quadam viri boni laus à diuerſa ſcena authoribus, Æſchylo & Philemone animaduerſa.

CAP. IIII.

PRO excelſi animi & ſolidæ cuiuſdam probitatis ſigno certiſſimo, Græcorum Comicorum non vltimus Philemon id eſſe vult, ſi quis propriæ conſcientiæ teſtimonio contentus, & nullo fuco,

nullaque oſtentatione ductus, recte factorum, non ex populi ſermone, ſed ex facto ipſo mercedem & laudem quærat, & reuera iuſtus eſſe malit, quam videri.

-ὅστις ἄδολον γνησίαν τ' ἔχων φύσιν
εἶναι δίκαιος κ' οὐ δοκεῖν εἶναι θέλει.

Quo diſcrimine Plato virum iuſtum & iniuſtum, tanquam eſſentiali differentia, diſtinguit, pulcherrima collatione facta intentionis & affectuum vtriuſque. Eius verba ſunt hæc, è ſecundo de Repub. τοῦτον δὲ τοιοῦτον θέντες (ἀδικοῦντα) τὸν δίκαιον παρ' αὐτῷ ἱστῶμεν τῷ λόγῳ, ἄνδρα ἁπλοῦν καὶ γενναῖον, καθ' αἰσχύλον, οὐ δοκεῖν, ἀλλ' εἶναι ἀγαθὸν ἐθέλοντα. Locus Æſchyli, quem intelligit Plato, extat in tragœdia ἑπτὰ ἐπὶ θήβαις, vbi hoc ipſum elogiū tribuitur vati Amphiarao, quem tanti æſtimatum ab Adraſto docet alicubi Pindarus vt chaſmate eo abſorpto, diceret deſiderare ſe exercitus oculum ſui, ἀμφότερον μάντιν τ' ἀγαθὸν καὶ δουρὶ μάρνασθαι. Cum autem is & bonus eſſet conſilio, & diuinandi peritus, & in acie ſtrenue ſe gereret; externos tamen omnes apparatus, & ſtemmata, quibus alij Argiui duces clypeos ſuos inſigniri curauerant, ideo contemnebat, quod ex ijs inanis gloriolæ fumum nollet aucupari, vberrima propriæ fortitudinis ac ſapientiæ meſſe contentus.

Pag. H.S. 361.

Olymp. Od. 18.

οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει
βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος
ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα.

P. H.S. 100.

Qui quidem loquendi modus Æſchylo familiaris eſt, & ſæpius vſitatus, vt paulo poſt, in eodem dramate,

Pag. H. S. 165. ἄτης ἄρουρα θάνατον ἐκκαρπίζεται.

Et in Perſis

ὕβρις γὰρ ἐξανθοῦσ' ἐκκάρπωσε στάχυν
ἄτης, ὅθεν παγκλαυτὸν ἐξαμᾷ θερός.

Imo & ipſe Plato alicubi, imitatione, vt veriſimile eſt, Æſchyli, καρπούμενος καὶ τρυγῶν βαθεῖαν καὶ λιπαρὰν ἄλοκα τῆς φρενὸς, ἐξ ἧς τὰ ἀγαθὰ βουλεύμανα ὥσπερ βλαστήματα.

Pueris amantes eſſe ſimillimos & in id aptiſſima trium optimorum authorum ſimilitudines.

CAP. V.

IDeo male firmos & inſtabilitati addictos puerorum animos tradunt ij, qui naturæ myſteria ſcrutantur, quod nimia humorum, & perpetuo fluentis pituitæ præſertim copia cerebro eorum innatet, vnde fere ſemper κορύζης τὰς ῥῖνας μεστοί. Contra vero tot errorum, & mutationum & puerilis cuiuſdam mentis in amantibus cauſam, nimio ardori, edacibuſque flammis tribuendam eſſe res ipſa loquitur. Mirum plane, qui tam diuerſæ, tamque diſſimilis cauſæ, vnum eundemque producant effectum: ſcimus enim & videmus, etiam ſapientiores præſtigiatoris Cupidinis artibus deluſos & eiuſdem retibus ſemel captos, ad inſaniam vſque nonnumquam adigi, & quamdiu puerum pro hoſpite ac duce habuerint tamdiu repueraſcere. Itaque non male Horatius amatorem puero ſimilem facit, his verſibus, quibus eiuſmodi leuitatem, & mobilis ac fatuæ voluntatis inconſtantiam ex Phædriæ Terentiani lineamentis, tanquam ad inſtar prototypi depictam effinxit:

Porrigis irato puero cum poma recuſat,

Digitized by Google

Sume, Catelle, negat, ſi non des, optat, amator.
Excluſus qui diſtat: agit vbi ſecum, eat, an non,
Quo rediturus erat, non arceſſitus, & hæret
Inuiſis foribus. neque nunc cum me vocet vltro
Accedam? an potius mediter finire dolores?
Excluſit, reuocat, redeam, non ſi obſecret.

Eandem quam Horatius de amantibus hominibus opinionem habuit Sophocles, cum eorum ſtoliditatem, & ineptias, ſtultitiæ puerorum compararet, qui glaciei candore, & luciditate pellecti, particulam eius aliquam in manus extemplo ſumunt, & exinde prima quidem fronte voluptatem quamdam videntur percipere: Tandem vero nimia frigiditate, vel inuiti coguntur damnoſum à ſe ludicrum abijcere. Citantur hæc ἐξ ἀχιλλέως ἐραστῶν.

ἔρωτος γὰρ νόσημα οὗτ' ἐφήμερον κακόν,
ἔχοιμ' ἂν αὐτὸ μὴ κακῶς ἀπεικάσαι
ὅθαν πάγου φανέντος αἰθείου, χερὶ
κρύσταλλον ἁρπάσωσι παιδίας ἄγη.
τὰ πρῶτ' ἔχουσιν ἡδονὰς ποτ' ἐνίους,
τέλος δ' ὁ χυμὸς οὐδ' ὅπως ἀφῇ θέλει.
οὔτ' ἐν χερσὶν τὸ κτῆμα σύμφορον μένειν.
οὕτω γε τοὺς ἐρῶντας αὐτὸς ἵμερος
δρᾶν, καὶ τὸ μὴ δρᾶν πολλάκις προσίεται.

Quod exemplum licet minutum alicui forte videri poſſit, & quaſi Sophocleo cothurno indignum; rei tamen explicandæ, & deſcribendæ aptiſſimum eſt. Quinetiam Traiani cuſtos cum duobus his Poëtis conueniens, vulgi in amando craſſitiem carpit, in Erotico, ſimilitudine à pueris ducta, quia vmbram, inquit, ac ſimulachrum quoddam pulchritudinis tantum ſectatur, diuinam vero ac beatam illius naturam aſſequi aut comprehendere

Pag. H. S. 1363. nullo modo poteſt. ὥσπερ οἱ παῖδες προθυμούμενοι τὴν Ἶριν ἑλεῖν ταῖς χερσὶν, ἑλκόμενοι πρὸς τὸ φαινόμενον.

Lacuna quædam, quæ eximium Plutarchi locum in eodem opuſculo, deformauit, expleta.

CAP. VI.

IDem Plutarchus, eodem opuſculo, agens de varijs potentiſſimi illius ardoris effectibus, vt Amorem, quem vulgo mollem, & otioſum exiſtimant, in bello etiam multum poſſe probet, ita loquentem Pemptidium inducit. σκόπει τοίνυν αὖθις, τοῖς ἀρηΐοις ἔργοις ὅσον ἔρως περίεστιν, οὐκ ἀργὸς ὤν, ὡς Εὐριπίδης ἔλεγεν, οὐδ' ἀστράτευτος, οὐδ' ἐν μαλακαῖσιν * ων παρειαῖς νεανίδων. In cuius loci contextu nonnihil requiri, eiuſmodi aſteriſcus, qui in plæriſque omnibus editionibus inuenitur, ſatis indicat: Eum tamen pro valde integro & nihil ad ſui perfectionem deſiderante accepiſſe videtur doctiſſimus & elegantiſſimus interpres Gallicus, qui ſic vertit. *D'autre coſté voyez-vous en faits d'armes, combien l'amour y a de pouuoir, n'eſtant laſche ny pareſſeux, comme dict Euripide, fuyant les armes, & habitant és iouës des ieunes Damoiſelles.* Ego lacunam ibi eſſe, eamque facile expleri poſſe arbitror, ſi loco aſteriſci, vocem hanc, ἐννυχεύων, repoſueris, cuius vltima tantum ſyllaba ſeruata fuerat, reliqua, aut notarum fugientium vetuſtate, aut operarum incuria euanuerant. Id vero vocabulum, ſimul cum alijs plurimis, in vernaculam linguam tranſijt, ideoque malim, pace Ammioti, poſtrema Plutarchi verba ſic reddere, *& ſe nichant és iоües delicates des ieunes Damoiſelles*

Ad

Ad hæc enim Sophoclea reſpexit, & ea in mente habuit, dum manum ſcriptis ijs admoueret Plutarchus.

ἔρως ἀνίκατε μάχαν, *Antigon.*
ὃς ἐν μαλακαῖσι παρειαῖς *pag. H. S.*
νεανίδων ἐννυχεύεις. *245.*

Quibus accedit, quod ait Horatius, *Virentis in Chia genis amorem excubare.* niſi forte Pindarum imitari, & eius locutionem exprimere maluerit, cuius hæc ſunt in Nemeis. *Ode 14. 4. Car.*

ὥρα πότνια, κάρυξ
ἀφροδίτας, ἀμβροσιᾶν φιλοτάτων, *Ode 8. initio.*
ἅτε παρθενίοισι παίδων τ' ἐφίζοισα
βλεφάροις.

Pari dulcedine; & venuſtate, Amorem puellæ ſuæ oculis inſidere dixit Alcimus.

O blandos oculos & inficetos,
Illic & Venus, & leues Amores,
Atque ipſa in medio ſedet voluptas.

Et vt nihil, quod ad integram Plutarchici loci explanationem & lucem facit, omittamus, prima ea proſa oratione, hos Euripidis verſus intelligi quis neget? citantur ex ipſius Danaë.

ἔρως γὰρ ἀργὸν, κἀπὶ τοιούτοις ἔφυ·
φιλεῖ κάτοπτρα καὶ κόμης ξανθίσματα,
φεύγει δὲ μόχθους.

Nimirum luxu ac deſidia languentes animos occupat Amor, eique inertia pro fomento eſt. Adſtipulatur Terentius, Heautontim.

Nulla ex re iſtuc fit, niſi ex nimio otio. *Act. 1. 1. Sc. 1.*

Alter Plutarchi locus, in quo Bacidum nomen corruptum erat, purgatus. Cap. VII.

Τί δὲ ἐὰν ποιητικὴν πάλιν ἢ μιμητικὴν ἀποφαίνοντες, οὐχ ἑτέραν μὲν ἀνδρῶν, ἑτέραν δὲ γυναικῶν οὖσαν· ἀλλὰ τὴν ἐπὶ τὰ τῆς σαπφοῦς, μέλη τοῖς ἀνακρέοντος, ἢ τὰ σιβύλλης λόγια, βακχίδος ἀντιπαραβάλοιμεν: Verba ſunt eiuſdem authoris è libello, qui de mulierum præclare factis inſcribitur, quæ quidem ita in quibuſdam diuerſarum editionum exemplaribus leguntur, & ſecutus eſt idem Ammiotus. In alijs vero paulo melius βάκιδος non βακχίδος. Optimum, meo iudicio, foret βακίδων: quomodo etiam reſtitutum à P. Victorio locum quemdam Ariſtotelis, in Problematis, qui eadem macula & vitio laborabat, ſcilicet tres Bacides fuerunt, qui futura prædicere olim crediti ſunt: licet enim Clemens Alexandrinus duorum tantum mentionem faciat, vnius quidem Bœoti, alterius vero, Arcadis: Æliani tamen teſtimonio receptum eſt, tres fuiſſe, τὸν μὲν ἕλλωνα, τὸν δὲ ἀθηναῖον, καὶ τρίτον τὸν ἀρκάδα. Athenienſis meminit etiã Philetas, apud Suidam, & Tzetzes in Chiliadibus hiſtoriarum, qui hoc ei oraculum adſcribit, quod redditum Athenienſibus fuit, aduentante in Græciam Xerxe, cum numeroſo illo ſuo exercitu, qui fluuios integros vno prandio exſiccabat, quique cẽtenis millibus peditum, & octoginta millibus Equitum conſtabat.

Lib. 26. cap. 16.

Lib. 1. Strom.

Lib. 12. var. hiſt. cap. 5.

ὦ μέλεοι, τί κάθησθε: λιπὼν φεῦγ' ἔσχατα γαίης.

Reſtituta quadam vox Ouidio, qua ab imperitis ſublata fuerat, & in aliam mutata.

CAP. VIII.

SCioli noſtrę tempeſtatis homines, qui, quæ, ſeu in Græcis, ſeu in Latinis libris non intelligunt, errori aſcribunt, non quidem ſuo, ſed alieno, cum apud Naſonem, vocabulum hoc, Diam inueniſſent, neſcirentque quid ſibi vellet, in eius locum ſubſtituerunt Chiam, quod nihil plane ad Poëtæ mentem, cuius hi verſus è fabula, qua latronum Baccho inſidiantium mutatio deſcribitur.

-- vixque animam firmat Deus excute dicens
Corde metum, Diamque tene, delatus in illam
Acceſſi terris.

Ita enim legendum, non Chiam, vt vulgo. Dia, inſula quædam eſt in mari Ægeo, à Baccho amata, & in qua Theſeus Ariadnam reliquiſſe dicitur, Eius meminit Homerus ὀδ. λ. Theocritus in pharmaceutria, Catullus in nuptijs Pelei & Thetidos, & Callimachus, à quo didici, eam poſterioribus ſeculis Naxum vocatam, dum antea Diæ nomen haberet,

ἐν Δίῃ, τὸ δ᾽ ὕστερον ἔσχε παλαίτερον οὔνομα νάξος.

Siquidem mutantur non ſolum hominum, ſed etiam vrbium & aliarum rerum immobilium & inanimatarum nomina, vt Delus, antea Aſterie appellabatur.

Notatum Gellij μνημονικὸν ἁμάρτημα.

CAP. IX.

TRagœdiarum ſcriptorem Æſchylum, non multo poſt annum, quem vocant climacteri-

cum, caſu mirabili, & οὐρανίῳ βέλει mortem oppetijſſe docent, qui eius vitam litteris conſignarunt, illumque, cum non modo Muſis, ſed Marti etiam operam nauare didiciſſet, prælio Marathonio primum, deinde naumachiæ, quæ ad Salaminum cum Xerxe pugnata eſt, interfuiſſe. Tum vero ad Plateas etiam pro patria fortiter dimicaſſe, cũ virilem iam tum ætatem attigiſſet. Et hæc quidem omnia, ab Olympiade ſexageſima ſeptima, vſque ad ſeptuageſimam quartam, geſta eſſe ſciunt, qui in antiquorum temporum notitia tantiſper verſati ſunt. Itaque memoria lapſum ſuſpicor Gellium, qui in quodam ſuo συγχρονισμῷ, longe poſt factam de Æſchylo mentionem, Sophoclem, Euripidem, Hippocratem, Democritum, eodem tempore, & in ſua quemque arte celebres extitiſſe narrat, quaſi velit primum illum quatuor hos poſteriores ætate, longe præceſſiſſe: Cum tamen notum ſit, Hippocratem fere iam tum artem medendi profiteri, & in ea florere cœpiſſe, cum vix dum Æſchylus cœpiſſet ἀκμάσαι. Profecto vetuſtiorem, & natu grandiorem Æſchylo Hippocratem fuiſſe oportet. Cum ille hunc in ſcholis audierit, teſte Ariſtotele, qui agens de Cometis & alijs eiuſmodi meteoris, deque varijs Philoſophorum, circa earum rerum naturam, opinionibus, παραπλησίως δὲ τούτοις, ait, καὶ οἱ περὶ τὸν Ἱπποκράτην τὸν Χῖον καὶ τὸν μαθητὴν αὐτοῦ Αἰσχύλον ἀπεφήναντο. In quibus Χῖον, an Κῷον legendum ſit hic non diſputo. Omnino re exactius perpenſa, & computatis ipſis temporum momentis, Æſchylum circa ἑξακοστὴν, non vt vulgo in eius vita legitur, τεσσαρακοστὴν ὀλυμπιάδα, natum fuiſſe concedendum eſt, vt

iam armis ferendis aptus pugnas illas pugnare, potuerit, & ætate prouectus circa octogeſimam ab humanis excedere. Quin autem Æſchylo vita functo, paucis aliquot luſtris, ſuperuixerit Hippocrates, & ad Euripidis vſque tempora pertigerit, neque ἀδυνατον, neque abſurdum eſſe puto, cum is centum & quatuor annorum vitam egiſſe dicatur.

Verſus Homeri εἰς ἑρμῆν correcti, & explicati.

Cap. X.

QVæ res mihi magno dolori eſt, cum videam cæcam illam & effrænatam audaciam, quæ tam improbe in præclara quæque veterum monimenta ſæuijt, ne vni quidem Homero peperciſſe: Eadem me in admirationem rapit, cogitantem, qui factum ſit, vt tot hominum manibus tritus author, tot ſeculorum ſerie comprobatus & tot tamque acerrimorum virorum aciem & iudicium paſſus, à turpiſſimis maculis, quod illi cum reliquis commune eſt, vix ac ne vix quidem vindicari potuerit. Et vero ſi Odyſſeam, Iliadem, ac Batrachomyomachiam integram, nulloque ſqualore aut Carie deformatam, ad nos vſque tranſmiſit antiquitas, cur eodem iure ac prærogatiua, pulcherrimis eiuſdem authoris hymnis gaudere nõ licuerit, & quid in cauſa fuerit non video. Hoc tantum video, hac noſtra tempeſtate, eruditiſſimos, omni ſcientiarum & linguarum genere viros, non minori fœlicitate, quam induſtria, & diligentia, id pedibus manibuſque, vt aiunt, efficere conatos, vt qualeſcumque bonæ notæ, ſeu Latini, ſeu Græci ſcriptores, nullo fere prętermiſſo, priſtinæ, dignitati & nitori reſtituerentur Aliquem tamen, qui opem &

conſiliũ ſuum patri Iliados impertitus fuerit, adhuc requiri. Quid ergo? Prætermiſſos ne dicam à doctis hominib⁹ hymnos Homericos? abſurdũ id quidem. An neglectos, & tanquam ἔκτρωσιν, aut ſuppoſiticium partum reiectos? Neutiquam. Nam demus quod verum non eſt, Homerum, Sellum aut alium quempiam ex Homeridarum gente, hymnorum, qui vulgo Poëtarum Principi adſcribuntur, authorem fuiſſe. Id ſane magni illius Meletigenis nomimini & numini debebatur, vt ſi non verſuum ipſorum, quos & vetuſtas, & bonitas commẽdat, quoſque nihil à reliquis Homericis degenerare putandum eſt, cauſa, ſaltem in gratiam δαίμονος ἐκείνου, cuius nomen & notam in fronte impreſſam gerunt, ijs ſaltem olei, & operæ nonnihil impenderetur. Num vero potius exiſtimes tam paucas, aut tam leues eſſe mendas, de quibus conqueror, vt à Criticis indignæ viſæ ſint quibus temporis & laboris aliquid impenderetur? Minime vero, neque vllus opinor, hoc aſſerere auſit, ni rudis & humaniorum litterarum ignarus haberi velit: Id enim polliceor præſtiturum me, vt aliter iudicent peritiores. Vt igitur eo reuertar, vnde me doloris quidam æſtus, longius, forte quam par erat, aberrantem abduxit, verſus quoſdam ex hymno in Mercurium, qui quidem vt cæteris maior, ita quoque deprauatior eſt, apponam, & quæ mea ſit de ijs coniectura, ingenue proferam, ſi prius rogauero, vt quæ à me dicta ſunt, neque magnorum virorum ſolertiam, aut laborem accuſandi, neque ſupellectilis huiuſce litterariæ, quam ſentio quam ſit tenuis & parum lauta, extollendæ, animo accepta ferantur.

Verſus Homeri, quos neque ſatis emendate legi,

neque bene ab ipſis interpretibus accipi arbitror, hi ſunt,

ὡς ἄρ ἔφη καὶ χερσὶ περίστρεφε καρτερὰ δεσμὰ,
ἄγνου· ταὶ δ' ὑπὸ ποσσὶ κατὰ χθονὸς αἶψα φύοντο
αὐτόθεν ἀμβολάδην ἐστραμμέναι ἀλλήλῃσιν,
ῥεῖα τε καὶ πάσῃσιν ἐπ' ἀγραύλῃσι βόεσσιν
ἑρμέω βουλῇσι κλεψίφρονος· αὐτὰρ Ἀπόλλων
θαύμασεν ἀθρήσας· τοτε δὴ κρατὺς ἀργειφόντης
χῶρον ὑποβλήδην ἐσκέψατο, πῦρ ἀμαρύσσων,
ἐγκρύψαι μεμαώς.

Vt rem totam facilius ex planem, præmittendum eſt, ibi Apollinem redditis à Mercurio bobus, quas vbique terrarum, & vel in antro ipſo, in quo latebant quæſiuerat, neque tamen inuenerat, mirantem aſtutias, & calliditatem verſutiſſimi Dei, qui cum heri tantum, vt aiunt, natus eſſet, tamen & boues prægrandes abigere, & duarum ex ijs capita præcidere potuerat. Cum itaque inde cupido incesſiſſet Apollinem, experiundi, ac tentandi, ſi quid adhuc maius poſſet Mercurius, manus eius vimineis vinculis conſtrinxit. Scribendum enim ſpiritu leni & acuto in prima ἄγνου, quod eſt plantæ ſeu fruticis genus, vt videre eſt apud Theophraſtum, & Dioſcoridem, Gallicè vocamus, *Ozier.* Plutarchus initio dialogi de amore, τὸν πλάτωνος, ἰλισσὸν καὶ τὸν ἄγνον ἐκεῖνον, &c. Nicander in Theriacis, ἄγνου τε βρύα λευκά. Deinde λύοντο lego, non φύοντο, ſiue ad τὸ χερσὶ referas, ſiue ad τὸ ἄγνου. Nam hoc vere vult Homerus, Apollinem, validis & bene firmis ex vitice vinculis manus Mercurij colligaſſe, ſed ea confeſtim in terram ſub pedes illius lapſa, ſoluta, & inuicem implicata, cecidiſſe. Nec vero probari, præ hac lectione & in-

terpretatione debet illud *φύοντο*, quaſi dicat Poëta, eius ſtirpes viticeas, quibus deuinctus erat Mercurius, ſtatim humi ſeſe inuicem ſpectantia, inhæſiſſe, & repullulaſſe, tum quod priuſquam id contingeret vinculorum nodos ſolutos fuiſſe oportebat, quod tamen non dicit Homerus, tum quod non video, quam ei loco bene quadret illa viminum vis denuo renaſcẽs: ſatis enim ſuperque Mercurio fuit ad indicandam & probandam ſolertiam ſuam, ſi manus firmiſſimis vinculis, conſtrictas, arte & verſutia ſua ſolueret. Quomodo, velut in ſignum quoddam *θειότητος*, circa infantem Apollinem, in cunis poſitum, faſciæ omnes, & inuolucra puerilia, quibus detinebatur, ſoluuntur, hymno ei conſecrato.

οὐ σέ γ' ἔπειτ' ἴσχον χρύσεοι στροφοὶ ἀσπαίροντα
οὐδὲ δέσματ' ἔρυκε, λύοντο δὲ πείρατα πάντα.

Illud etiam, *πῦρ ἀμαρύσσων*, libenter reijcerem, cum hic iram, & igneos oculos non deſcribat Homerus, malim *πυκν' ἀμαρύσσων*, Omnia peruolitans late loca, vt ſupra in hoc ipſo hymno

ὣς ἄρ' ἔφη, καὶ πυκνὸν ἀπὸ βλεφάρων ἀμαρύσσων
Ὀφρύσι ῥιπτάζεσκεν ὁρώμενος ἔνθα καὶ ἔνθα.

Et alibi deſcribens Menelaum vndique veſtigantem Antilochum, vt eum ad Achillem mitteret Patrocli mortem nuntiaturum, ait, *πάντοτε παπταίνων ὡς ἀετός*. Tum demum quartum illum verſum propriæ & veræ ſedi, à qua, per imprudentiam librariorum, deiectus fuerat, reſtituere, emendatioremque reddere commode viſum eſt, hoc pacto.

χῶρον ἐπιβλήδην ἐσκέψατο πύκν' ἀμαρύσσων

οἷ ἀπ καὶ

οἷά τι ᾗ πάσησιν ἐπ' ἀγραύλῃσι βόεσσι
ἐγκρύψαι μεμαώς.

Aliorum verſuum, ex eodem hymno emendationes, carmina diuidere, quid apud Horatium.

CAP. XI.

HI verſus eodem εἰς ἑρμῆν hymno, ita paſſim leguntur in omnibus, quas vidi, editionibus.

ὣς εἰπὼν ὤρεξ'· ὁ δ' ἐδέξατο φοῖβος Ἀπόλλων
ἑρμῇ δ' ἐγγυάλιξεν ἔχων μάστιγα φαεινήν,
βουκολίας δ' ἐπέτελλεν· ἔλεκτο δὲ μαιάδος υἱὸς
γηθήσας.

ἀντὶ τοῦ ἔχων, ſi cenſura & iudicium noſtrum valet, γράφε ἑκών, & ἐπέτιλεν pro ἐπέτελλεν, tum denique ἔδεκτο pro ἔλεκτο. Pro cythara namque ſeu teſtudine quam à Mercurio Phœbus acceperat, porrigit ei velut ἀντίδωρον, virgam paſtoralem & agendo armento idoneam, quæ fere ſemper in manu paſtorum apud Poëtas, vt ipſius Apollinis apud Naſonem, dum paſceret Admeti greges - onus dextræ baculus ſylueſtris oliuæ, forte ex illo Theocriti ῥοικὰν δ' ἔχεν ἀγριελαίω δεξιτερᾷ κορύναν. Subdit Homerus.

--κίθαριν δὲ λαβὼν ἐπ' ἀριστερὰ χειρὸς
Λητοῦς ἀγλαὸς υἱὸς ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων
πλήκτρῳ ἐπιρήπτιζε κατὰ μέλος.

Non dubito quin legendum ſit potius, κατὰ μέρος, vt ſuperius,

-- φέρων ἐρατεινὸν ἄθυρμα
πλήκτρῳ ἐπειρίπιζε κατὰ μέρος.

Erratum credo fuit librarij τραυλίζοντος: valet autem lyram percutere κατὰ μέρος, idem quod ſi-

gillatim diſtincte & accommodate, modo hunc, modo alium atque alium lyræ neruum digitis carpere, aut plectro tentare & hoc eſt quod ait Horatius, imbelli cithara carmina diuidere. Aut forte pulſare κατὰ μέρος dicitur is qui muſice canendo, concinneque modulando vocem ſuam citharæ ſono maritat vt apud Anacreontem.

ἁβροχαίτας δ' ἅμα κῦρος
στομάτων ἁδὺ πνεόντων
κατὰ πηκτίδων ἀθύρων,
προχέει λίγειαν ὀμφάν.

Aliquot aliæ de quibuſdam in eodem hymno locis coniecturæ. CAP. XII.

VAgabor libere & inſtitutum meum in eluendis Homeri maculis, quando id aggredi viſum eſt, accurate perſequar in ſupra citato hymno, hi quoque verſus corrupte videntur legi.

-- ὁδοιπορίην ἀλεείνων
οἷά τ' ἐπειγόμενος δολεχὴν ὁδὸν αὐτοπρεπὴς
ὥς
τόνδε γέρων ἐνόησε δι μῶν ἄθυσαν ἀλωὴν.
ἱέμενον πεδίονδε δι' ὄρχηςιν λεχεποίην.

In ſecundi verſus fine litteram, φ, longo fortaſſis vſu & tritura libri deletam aut male pictam non aduertit librarius, ideoque ὡς pro φὼς imperite legi exiſtimauit. Hæc enim mens eſt Homeri, Mercurium dum abigendis bobus vacaret, viam publicam vitaſſe, veluti ſolet is qui longinquum iter ſolus vrgens, anfractus & latentia diuerticula quærit ne vllum celeritatis ſuæ impedimentum offendat. In ſequenti verſu tuto ni fallor, κομέων, pro διμῶν repoſuerim, & in vltimo ὄγχηστον pro

ὄρχηστον, ſiquidem Oncheſtrum Bœotiæ locum Apollini ſacrum incoluit Battus, de quo ibi ſermo eſt, vt paulo inferius,

ὦ γέρον ὀγχηστοῖο βατοδρόπε ποιήεντος.

Et Lycophron in Bœoticarum vrbium enumeratione Oncheſti meminit

σκῶλόν τε καὶ πέτρειαν ὀγχηστοῦ θ' ἕδος

At vinitorem quidem facit Battum Homerus & attentum circa teneras vitis ſuæ propagines. Paſtoris tamen & ἱπποβότου nomen & vitam tribuit illi Naſo in metamorphoſi. Quoties autem à Poëtis quiſpiam Deorum canens aut lyram tenens inducitur, non aliunde cantus ſui materiam ſolet accipere quam à laudibus & præclare geſtis reliquorum Deorum, vt Pan in hymno ſui nominis

ὑμνεύσων δὲ θεοὺς μάκαρας καὶ μακρὸν ὄλυμπον

Et Mercurius in ſuo.

--ἐρατὴ δέ οἱ ἕσπετο φωνὴ
κραίνων ἀθανάτους τε θεοὺς καὶ γαῖαν ἐρεμνήν.

In quibus κραίνων male locũ obtinuit pro αἰνέοντ' ἢ ὑμνεόντ'. Aliquot verſibus interpoſitis ſequitur.

ναὶ μὰ τόδε κράνεον ἀκόντιον.

quod iuſiurandum tribuitur Apollini pollicenti Mercurio ſe clarum & illuſtrem eum, præ cæteris omnibus Dijs redditurum, iurantique per iaculum corneum, ſeu ex corno arbore, vt volunt Latini interpretes. Fuit tamen, cum putarem, κρανεῖον, metatheſi vnius litteræ dictum, pro καρνεῖον. Carnea ſiquidem, vt pueris Poëtarum notum eſt, feſta quædam fuerunt apud Spartanos celebrata in honorem Apollinis, à Carno quodam eius vate, qui cum ab Aleta, qui è genere Heraclidarum erat occiſus fuiſſet, Apollo iratus peſtem Spartanis immi-

ſit, & ei placando feſta illa inuenta, & inſtituta. Carneorum meminit Callimachus, Pindarus, & alij. Paulo poſt apud Homerum, Apollini blandiens Mercurius, & cum multis elogijs extollens, ait.

-- σέ γε φασὶ δαήμεναι ἐκ διὸς ὀμφῆς
μαντείας θ' ἑκάεργε διὸς παρὰ θέσφατα πάντα
καὶ νυν αὐτὸς ἐγὼ παιδ' ἀφνειὸν δεδάηκα.

Legendum, ὀμφὰς, non ὀμφῆς; ſortes enim & oracula, & omnia vaticiniorum genera, vt σπλαγχνοσκοπίαν, οἰωνοσκοπίαν, & alia eiuſmodi, in dominio & poteſtate Apollinis, eſſe credebant antiqui, eique omnimodam rerum futurarum cognitionem à Ioue conceſſam. Callimachus, κείνου δὲ θριαὶ καὶ μάντιες. Pindarus, Pythiorum ode nona, quem vide. Imo & perplexa quæuis, ac maxime intricata ab vno Apolline ſolui & intelligi poſſe putatum eſt. vnde de re obſcura & αἰνιγματώδει dici ſolitum, ταυτὶ δ' ὅτ' ἐστὶν, οὐδὲ ἂν Ἀπόλλων μάθοι. Et illud Virgilianum.

-- *Et eris mihi magnus Apollo.*

Tertius etiam ille verſus mihi de menda ſuſpectus eſt, licet enim ſciam imberbem Apollinem ἀεὶ καλὸν καὶ ἀεὶ νεὸν fingi à Poëtis, & dari æternam Phœbo Bacchoque iuuentam. Vnde forte quis ὑποκοριστικῶς hic eum à Mercurio puerum appellari velit, quia tamen non ſeruaretur τὸ πρεσβεῖον, ſi à puero Mercurio, & recens nato, natu maior Apollo puer numcuparetur, legendum puto,

καὶ νυν αὐτὸς ἐγὼ παις σ' ὀξυνόον δεδάηκα.

Quaſi dicet Mercurius, ſcio quã ſis perſpicax in futuris cognoſcendis ἐγὼ ἔτι παιδνὸς ἐών. Si tamen ἀφνειὸν retinere volueris, eſto; modo, πολύβωμον

πολύπτολιν & pinguia ſacra accipiẽtem ſignificet, quique in multis locis colitur. Ab eodem Mercurio, chelys multis verſibus laudatur, ex quibus hi,

ῥεῖα συνηθείησιν ἀθυρομένη μαλακῇσιν
ἐργασίην φθέγγουσα δυήπαθον.

ὕπνον ἕλκος, legendum φεύγουσα, non φθέγγουσα, ſiue quia bella, Hiſtoriæ, & ardua eiuſmodi argumenta aptari non poſſunt cytharæ modis, quæ conuiuia tantum, & prœlia virginum, libera vina, & tripudia, leues morſiunculas, & ſororiantium papillularum compreſſiunculas, lacertis armillas, & annulos digito furtim demptos, pignora modo data, modo repetita, animulam ſaſio ereptam, baſio reſtitutam, cæteroſque omnes amantium luſus referre gaudet, καὶ μόνους ἔρωτας ᾄδειν: ſiue quia homines lyræ ſtudio ſemel addicti, nihil niſi vnguenta, roſas, & otioſa denique, & mollia omnia cogitant, laborumque impatientes, ardua quæque, & difficilia auerſantur, vnde ille,

τί με νόμους διδάσκεις, *Anac.*
καὶ ῥητόρων ἀνάγκας.

De vulgari excuſatione, non putabam.
Cap. XIII.

NVllum fere genus excuſationis eſt, quod magis in promptu ſit, ijs, qui ingenue culpam agnoſcentes, imprudentia, & inconſulti animi errore lapſos ſe fatentur, quam vt dicant, ſe, dum id quo de arguuntur, agerent, non putaſſe: Quomodo quidam, in Enchiridio Menandri, re male geſta, in fortunam, & dubios euentus, peccatum ſuum deonerans, aiebat.

οὐ προθέν ἂν ᾤμην· ἡ τύχη καὶ πάντα δὲ

τὰ μηδὲ προσδοκώμενα, εἰς τάσιν φέρει.

Vtque adoleſcentulos, quos, & ingenij leuitas, & ætatis imbecillitas facile tuentur, eiuſmodi παράλυμμα non omnino dedecet, nonnumquam prodeſt. Ita in eam vocem liberius, atque frequentius erumpunt: Ideoque Pherecrates Comicus in ſuis fabulis quēpiam ſenē ſic loquētem inducebat,

ἐγὼ γὰρ ἄνδρες ἡνίκ᾽ ἦν νεώτερος
ἐδόκουν μὲν, ἐφρόνουν δ᾽ οὐδέν.

Contra vero maxime ignominioſum, & turpe fore viro illuſtri, quique authoritate, & rerum experientia cæteris præcellere debeat, ſi quid aliquando agat, cui indecens illud, & inhoneſtum excuſationis velum prætendendum ſit, præclare docet Tullius, libro primo officiorum, quo loco imperatorem bellicis virtutibus inſtruit. *Fortis vero, inquit, animi & conſtantis eſt, non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradu deijci, vt dicitur, ſed præſentis animi vti conſilio, nec à ratione diſcedere. Quamquam hoc animi, illud etiam ingenij magni eſt, præcipere cogitatione futura, & aliquanto ante conſtituere, quid accidere poſſit, in vtramque partem, & quid agendum ſit, cùm quid euenerit, nec committere aliquid, vt aliquando dicendum ſit, Non putaram.* Quibus verbis videtur, Tullius alludere ad celebre quoddam dictum bellicoſiſſimi Athenienſium ducis Iphicratis, qui cum vallo ducendo, caſtris metandis, conficiēdiſque foſſis, exercitus tutandi cauſa plurimum intentus eſſet, cuidam è militibus, quia forte nihil, aut parum periculi imminebat, percontanti, quid tantum metueret, fertur reſpondiſſe, χειρίστην στρατηγοῦ φωνὴν εἶναι, τὴν, οὐκ ἂν προσεδόκησα. Hanc etiam

Ap. Plutar. tract. de clar. hom. dictis.

fortaſſis excuſationem intelligit Pindarus in Pythijs, vbi Carrotum quemdam ſupra ſocios ſuos efferri laudibus debere ait

ὃς οὐ τὰν Ἐπιμηθέος

ἀγωνόφινός θυγατέρα πρόφασιν, &c. Ode 5.

Quæ quidem omnia, eo lubẽtius adnotabam, quod viderem hominem humaniorum litterarum doctrina cumulatiſſimum P. Victorium multa de illa ipſa voce ex antiquis collegiſſe, & hæc quinque authorum teſtimonia, quæ in oculis omnium poſita ſunt, incogitanter obmiſiſſe.

Naſonem cum Theocrito in quadam re deſcribenda conueniſſe, & alia quadam notatu digna.

Cap. XIIII.

Veneri, Baccho, & Cupidini odioſam inuiſamque eſſe puerorum & puellarum ſuperbiam, & erga ſuos amantes faſtum, veteres non modo exiſtimarunt, verum etiam illos nonnumquam νεμεσητόν τι πάσχειν, & iuſta quadam numinis vindicta, nimiam eorum ſæuitiam ferocitatemque puniri, vt Meletis cuiuſdam Athenienſis qui Timagoram inquilinum nimis arroganter deſpexerat, & Callirhoæ, virginis Calydoniæ, quæ Corraſo Bacchi ſacrificulo, duriorem ſe, ac crudeliorem præbuerat, exemplis, quæ apud Pauſaniam extant, manifeſtum eſt, & apud Theocritum Eidyllio, quod vno vocabulo, ἐραστὴς, in quibuſdam impreſſis libris, in alijs δύσερως ἐραστὴς, titulo magis efficaci inſcribitur, infelix quidam amatorculus, cum ſe ab adoleſcente, quem perdite deperibat, ſpretum, neglectumque videret, ingenti doloris æſtu percitus, vitæ & infortunato amori finem ſuſpendio fecit.

At inultum eum diu non ſinit Cupidinis ſtatua, quæ in ludi, quo itare ſolebat crudelis adoleſcens, balneo poſita erat: Non multo poſt enim ſæuitiam ferrei illius, & ſuperbientis animi, caſu ſuo, & ruina oppreſſam vindicauit. Sed quia totum id Eidyllium præ manibus habuiſſe, aut ſaltem partẽ eam, qua mors miſeri & inuenuſti amantis depingitur, cogitatione complexus fuiſſe videtur Naſo, cum Anaxaretæ duritiem, Iſchios ardores, eiuſdemque lethũ & funeſtam ſortem deſcriberet, verſus vtriuſque ſubijciam, quo melius de ea re iudicium ferri poſſit, Theocritus,

ὧδ' εἰπὼν λίθον εἷλεν· ἐρεισάμενος δ' ἐπὶ τοίχῳ
ἄχρι μέσων ὐδῶν φοβερὸν λίθον, ἧπτεν ἐπ' αὐτῶν
τὰν λεπτὰν σχοινίδα, βρόχον δ' ἔμβαλλε τραχήλῳ
τὰν δ' ἕδραν δ' ἐκύλισσεν ὑπὲκ ποδὸς, ἠδ' ἐκρεμάσθη
νεκρός· ὁ δ' αὖτ' ὤϊξε θύρας καὶ τὸν νεκρὸν εἶδεν
αὐλᾶς ἐξ ἰδίας ἠρτημένον.

Ouidius in Metamorphoſi,

Dixit, & ad poſtes ornatos ſæpe coronis,
Cum foribus laquei religaret vincula ſummis,
Hæc tibi ſerta placent, crudelis & impia, dixit,
Inſeruitque caput: ſed tum quoque verſus ad illam eſt,
Atque onus infelix eliſa fauce pependit,
Ieta pedũ motu trepidantũ, & multa gementum
Viſa dediſſe ſonũ eſt, adapertaque ianua factum
Prodidit.

Virgini Cypriæ, quam Poëta Sulmonenſis Anaxaretem numcupat, Leucomantidis nomen tribuit Plutarchus, & amatorem eius, non Iſchim, vt ille, ſed

ſed Euxynthetum appellat. Verba eius Gorgonem quamdam cum Leucomantide comparantis, hæc ſunt, in Erotico. τί γὰρ ἂν λέγοι τις Εὐξύνθετον καὶ Λευκομάντιδα, τὴν ἐν Κύπρῳ παρακύπτουσαν ἔτι νῦν προσαγορευομένην; ἀλλὰ τὴν Γοργοῦς ποινὴν ἴσως οὐκ ἀκηκόατε τῆς Κρήσσης, παραπλήσια τῇ παρακυπτούσῃ παθούσης· πλὴν ἐκείνη μὲν ἀπελιθώθη παρακύψασα τὸν ἐραστὴν ἰδεῖν ἐκκομιζόμενον: τῆς δὲ Γοργοῦς, &c. Naſo etiam teſtatur in perpetuam rei memoriam, Veneris proſpicientis nomine, templum Salamine conſtructum fuiſſe. Id vero monere me pudet, in vulgaribus omnibus, quas vidi hactenus, editionibus, in tertio Naſonis verſu, certa, pro ſerta, perperam legi: quis enim eſt, qui neſciat ſolitos olim amantes amaſiarum ſuarum foribus ſerta, flores, corollas appendere? Cuius moris præclaram ætiologiam ſi quis videre cupiat, legat apud Athenæum libro decimoquinto δειπνοσοφ.

De Puerorum inſtituendorum ratione apud Græcos, Terentij locus in Eunucho illuſtratus.

CAP. XV.

APud Athenienſes, & Græcos ferè omnes in more poſitum fuit, vt liberos, ſi domeſticæ facultates paterentur, tribus præſertim exercitationum ſeu ludorum generibus inſtruendos curarẽt, litteris nimirum, quo ijs formati, vitæ genere politiores, honeſtioreſque, & ad Remp. capeſcendam aptiores euaderent, tum muſica, vt grauiora ſtudia honeſta voluptate lenirẽt, & denique Palæſtra, ne delicatior cultus corpora emolliret eneruaretque, ſed firmandis viribus, augendoque robori potius

operam darent. Itaque Terentianus Parmeno Eunuchum Thaidi traditurus vti iuſſus erat, tanquam patritium, & ijs omnibus, quæ ingenuo adoleſcenti, liberaliterque educato conuenire exiſtimabat, inſtructum ornatumque commendat his verſibus,

Eunuch. act.3. ſc.3.

- Fac periculum in litteris,
Fac in palæſtra, in muſicis, quæ liberum
Scire æquum eſt adoleſcentem, ſolertem dabo.

Quomodo & Theocritus puerum Herculem, eo Eidyllio, quod in eum ſcripſit, litteras à Lino, ab Eumolpo muſicam, & palæſtricas exercitationes à Mercurio, matris Alcmenæ ſtudio & diligentia edoctum fuiſſe narrat: Et aperte Ariſtophanes, in Ranis, ingenuos homines, ac honeſtiori loco natos, in ijs locis, in quibus tria illa docerentur, enutritos fuiſſe aſſerit.

τῶν πολιτῶν θ᾽ οὓς μὲν ἴσμεν εὐγενεῖς καὶ σώφρονας
ἄνδρας ὄντας, καὶ δικαίους, καὶ καλούς τε, κ᾽ ἀγαθοὺς,
καὶ τραφέντας ἐν παλαίστρᾳ, καὶ χοροῖς, καὶ μουσικῇ
προσελοῦμεν.

Vbi per, χορὺς intelligo, διδασκαλεῖα, τὰ τῶν παίδων μανθανόντων τὰ γράμματα. Fidem quoque facit huic rei Æſchines, oratione in Cteſiphontem, non multo ante finem. εὖ γὰρ ἴστε, ait, ὅτι οὐχ αἱ παλαῖστραι, οὐδὲ τὰ διδασκαλεῖα, οὐδ᾽ ἡ μουσικὴ μόνον παιδεύει τοὺς νεωτέρους, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τὰ δημόσια κηρύγματα. Et in Timarchum, ſtatim poſt initium, de puerorum Athenienſium inſtitutione pluribus agens, & de legibus in eam rem grauiter, & è Republ. ſancitis, docet magiſtros

è ciuili diſciplina fuiſſe conſtitutos, qui ludos, litterarios ſcilicet, & muſicos aperirent, & laniſtas qui pueris exercendis palæſtras publicas tenerent; tum denique Mercurij in palæſtris, & Muſarum in alijs ludis feſta, magna veneratione ſolita celebrari. Et ne quid, probationi noſtræ deſit, en aliud Xenophontis teſtimonium in Lacedæmoniorum politia, τῶν μὲν τοίνυν ἄλλων ἑλλήνων οἱ φάσκοντες κάλλιστα τοὺς υἱεῖς παιδεύειν, ἐπειδὰν τάχιστα αὐτοῖς, οἱ παῖδες τὰ λεγόμενα ξυνιῶσιν, εὐθὺς μὲν αὐτοῖς παιδαγωγοὺς θεράποντας ἐφιστᾶσιν, εὐθὺς δὲ πέμπουσιν εἰς διδασκάλειον μαθησομένους καὶ γράμματα, καὶ μουσικὴν, καὶ τὰ ἐν παλαίστρᾳ. Quem locum de menda ſuſpicatus eſt H. Stephanus, putauitque legendum, παιδαγωγοὺς θεραπεύοντας, non ἐν κτητικῷ, θεράποντας. Ego malim particulam coniunctiuam interponi παιδαγωγοὺς καὶ θεράποντας: Certum enim eſt pueris non ſolum pędagogos dari ſolitos: ſed etiam ijs adiunctos fuiſſe ſeruulos, qui in ludum euntes ſequerentur, & libros ferrent. Antiphanes,

οὐχὶ μὰ δία πιθὰς εἰσάγουσι βασκάνους
οὐ παιδαγωγοὺς παισὶ καὶ θεράποντας.

Quod etiam apud Romanos vſitatum & inde ſerui, qui capſam ferebant, in qua libri, ceræ, ſtylus, & cætera ad rem litterariam neceſſaria reponebantur, Capſarij vocabantur. Iuuenalis.

Quiſquis adhuc vno partam colit aſſe Mineruam
Quem ſequitur cuſtos anguſtæ vernula capſæ.

Meminit etiam Suetonius pædagogorum & capſariorum in Nerone. Exciderat mihi ferme Platonis locus, in Theage, qui eum puerorum Græcorum informandorum modum & morem, clare demon-

ſtrat, quique ſic habet. τί οὖν οὐκ ἐδιδάξατό σε ὁ πατὴρ καὶ ἐπαίδευσεν, ἅπερ ἐνθάδε παιδεύονται οἱ τῶν καλῶν κ'ἀγαθῶν πατέρων υἱ εἰς; οἷον γράμματά τε καὶ κιθαρίζειν, καὶ παλαίειν, καὶ τὴν ἄλλην ἀγωνίαν.

Præclara quædam ratio, improbitatis notam aut à nobis amouendi, aut alteri inurendi.

CAP. XVI.

CVm ſcriptis Amorum libris, omnium fere ciuium odia ſibi conciliaſſe ſe videret Ouidius, & opus illud, quod excultiſſimum quidem eſt, ſed perniciofiſſimis arcanis refertum, à multis inuideri, à plurimis iiſque potentioribus maxime improbari non ſine ſuo damno ſentiret, acutam excogitauit facti ſui defenſionem, hoc carmine.

Lib. 2. Triſt. *Vita verecunda eſt, muſa iocoſa mihi.*

Scilicet negare non poterat, quod tam euidẽs erat, muſam ſuam eſſe nimis iocoſam & ſalacem, ad vitæ integritatem, tanquam ad arcem, & vltimum ſui præſidium confugere neceſſe habuit, quod item exemplo, & imitatione Ouidij fecit Martialis primo Epigrammatum

Laſciua eſt nobis pagina, vita proba eſt.

Sed quicquid illi dicant, veriſſimum exiſtimo illud, οἷος ὁ λόγος τοιοῦτος καὶ ὁ τρόπος. Contrarium vero Ouidianæ defenſioni, & velut ex diametro oppoſitum eſt argumentum, quo Æſchines aduerſarium ſuum Demoſthenem in odium & inuidiam

Oration. in Cteſiph. adducere conatur, & præclaras quidem ac elegantes eius orationes, peſſimam vero, & turpiſſimam vitam eſſe clamat, περὶ δ' εὐγνωμοσύνην, inquit, καὶ λόγου δύναμιν πῶς πέφυκε; δεινὸς λέγειν, κα-

κῶς βιῶναι. Et ſtatim poſt. οἱ μὲν λόγοι καλοὶ, τὰ δ' ἔργα φαῦλα. Quod non male in eos diceretur, qui in publico quidem belle & ornate loquuntur, intra priuatos parietes, Catilinas & Cethegos agunt.

Duorum Ciceronis locorum, alter ab Æſchine, alter à Demoſthene imitatus. CAP. XVII.

NE idem Æſchines calumniari potius quam vere Demoſthenem accuſare videretur, cum dixiſſet, eum quidem bene loqui, ſed male viuere, rationem dicti ſui ſtatim hanc ſubiungit. οὕτω γὰρ κέχρηται τῷ ἑαυτοῦ σώματι καὶ παιδοποιΐᾳ, ὥστε με μὴ βούλεσθαι λέγειν ἃ τούτῳ πέπρακται· ἤδη γάρ ποτε εἶδον μισηθέντας τοὺς τὰ τῶν πλησίον αἰσχρὰ λίαν σαφῶς λέγοντας. Qui excuſandi ſe ab inhoneſtioribus verbis proferendis modus, vt elegans eſt & verecundo homine dignus, ita etiam dignus fuit qui Latinis Oratoribus vſui eſſet: quiſquis enim ille eſt, qui oratiunculam, quæ vulgo Ciceronis nomine circumfertur, in Salluſtium edidit, eodem, quo Æſchines modo, impediri ſe ait in detegendis C. Salluſtij ſceleribus & flagitijs. *Finem dicendi P. C. faciam, ſæpe enim grauius vidi offendere animos auditorum eos, qui aliena flagitia aperte dixerunt, quam eos qui commiſerunt. Mihi quidem ratio habenda eſt, non quid Salluſtius meritò debeat audire, ſed ſi qua ego honeſte effari poſſum.* Quibus poſterioribus verbis hæc Demoſthenis, etiam mutuatus eſt, aut potius in Latina vertit, ex oratione pro corona, οὐ γὰρ ὅσα ἂν δείξαιμι προσόντ' αἰσχρὰ τούτῳ καὶ ὀνείδη, πάντ' οἶμαι δεῖν εὐχερῶς λέγειν, ἀλλ'

ὅσα μηδὲν αἰσχρὸν εἰπεῖν. Quæ & Cicero imitatus videtur, ſecunda Philippica. *Sunt quædam quæ honeſte non poſſum dicere: Tu autem eo liberior, quod ea in te admiſiſti quæ à verecundo inimico audire non poſſes.* Sane memori mente ab omnibus qui cauſidicinæ vacant, ten[e]ndum illud Senecę pręceptum. *Longe recedendum eſt ab omni obſcœnitate verborum, quædamque ſatius eſt, cum cauſæ detrimento tacere, quam cum verecundia dicere.*

Lib. 1. Controuer.

Aliquot loci Naſonis è Theocrito, Euripide, & Homero deprompti. Cap. XVIII.

ZEuxis induſtriam & conſiliũ ſecutum, opinor Poëtam Sulmonẽſem, in præclaro opere conficiendo, quod μεταμόρφωσιν appellauit, vt quemadmodum inſignis artifex, in effingenda Helenæ pictura, virginibus, quarum ſingularis eſſet, & non quotidiana formæ pulchritudo, vndecumque tota Græcia conuocatis, ex vniuſcuiuſque aſpectu, quod in ſingulis præſtantius ac eximius foret, attente delibaret, penicilloque exprimeret: ſic ille ex innumeris Græcorum Poëtarum libris, primo quidem ingentem fabularum vim & copiam erueret, ac varijs locis diffuſam diſperſamque in vnum corpus cogeret, tum vero ex vnoquoque authore, vti quidque pulchrum & elegans eſſet, diligenter annotaret, ac in vſum ſuum transferret, quo nihil ad venuſtatem & ornatum diuini operis poſſet requiri. Cum autem viri docti exiſtiment, vt vere ſe res habęt, rerum Latinarum cum Græcis comparationes, non pa rum vtilitatis conferre ad imitationem, proponam aliquot Ouidiani laboris exempla, vt & mihi fidem faciam, & ex eiuſmodi collatione diſcãt

amœnitatum Poëticarum ſtudioſi, quanto cum iudicio, quantaque ſolertia in imitandis, & vſui noſtro accommodandis veterum ſcriptis verſandum ſit. Primum ergo audiendus Polyphemus dulciſſima cantiuncula otium fallens, & fiſtula centum arundinibus compacta, Galateam ſuam extollens his verſibus,

Candidior folio niuei, Galatea, liguſtri, 13. *Metam.*
Floridior prato, longa procerior alno,
Splendidior vitro, tenero laſciuior hœdo.

Quos quis dubitet ad horum Theocriti inſtar fuiſſe effictos,

ὦ λευκὰ γαλάτεια, τί τὸν φιλεῦντ᾽ ἀποβάλλῃ: *In Cyclop.*
λευκοτέρα πακτᾶς ποτιδεῖν, ἁπαλωτέρα δ᾽ ἀρνός,
μόσχω γαυροτέρα, φιαρωτέρα ὄμφακος ὠμᾶς.

Melius tamen, niſi fallor, Ouidius quod contractiore ſpiritu à Theocritæo Cyclope dictum fuerat, vberiori ſtylo perſequitur καὶ γὰρ, vt ait Plutarchus, πρὸς πάντα λάλος ὢν ἔρως, λαλίστατός ἐστιν ἐν τοῖς ἐπαίνοις, quia cum multo plures laudes quam vel loqui poſſint, cogitatione complectantur amantes, eas omnes cæteris perſuadere conantur. Sed Amorem miſſum faciamus. Idem Ouidius, qui perſimilis Ægypto Homericæ, φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ φέρει, πολλὰ δὲ λυγρὰ, non impudicos ignes, ſed virgineum pudorem, καὶ τὸ προσῆκον, belle in Polyxena moriente obſeruat. *In Erotic.*

Illa ſuper terram defecto poplite labens *Eod. lib.*
Pertulit intrepidos ad fata nouiſſima vultus,
Tunc quoque cura fuit partes velare tegendas

Cum caderet, caſtique decus ſeruare pudoris.

Quæ dum meditaretur ille, ad longam eam narrationem qua virgunculæ illius σφαγὴ, matri Hecubæ, & Talthybio, apud Euripidem, exponitur, & ad gemmulam eam exprimendam artem manumque attente direxiſſe, ſic Tragicus,

-- ἡ δὲ καὶ θνήσκουσ' ὅμως
πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν,
κρύπτειν θ' ἃ κρύπτειν ὄμματ' ἀρσένων χρεών.

Addam & tertium locum ex Homero deſumptum, vt intelligant omnes, quanta ſagacitate & ſtudio, metamorphoſin ſuam compilarit ornaritque ingenioſiſſimus Poeta, diligenter vndique conquiſitis floſculis, quibus Græcorum hominum monimenta ſplenderent. Narrans igitur de Vlyſſe Priamus cum in aula regia loquentem audijſſe, & Helenam bono iure repetẽtem, dicit, atque ita depingit,

Il. 3. ἀλλ' ὅτε δὴ πολύμητις ἀναΐξειεν ὀδυσσεὺς
στάσκεν, ὑπαὶ δ' ἴδεσκεν, ἐπὶ χθονὸς
-ὄμματα πήξας.

Qua quidem oculorum in terram demiſſione, totiuſque corporis ſtatu, nihil melius afferri, nullaque actio iam iam dicturo Vlyſſi, aut geſtus decentior tribui potuit. Neque verò illius oblitus eſt in deſcribenda eiuſdem Vlyſſis, pro Achilleis armis, diſceptatione, & oratione Ouidius.

-- Laërtius heros
Metam. 13. *Aſtitit, atque oculos paulum tellure moratos*
Suſtulit ad proceres, expectatoque reſoluit
Ora ſono.

Illuſtriores forte, & multo plures etiam locorum ſimilium contentiones poſſem in medium non magno labore proferre: ſed ea mente tres illos,

diuerſi

diuerſi genij, & ſcenæ Poëtas, cum Ouidio comparandos dedi, vt & tibi, & mihi abũde ſatisfactum putares.

Alienis malis leuiter nos affici, à Cicerone, & Pindaro dictum. CAP. XIX.

DVo præcipue monent Rhetores Oratori ſeruanda eſſe, vt miro artificio auditorum, quo velit animos, vel repugnantes impellat. Primum quidem, vt ita cauſam peroret, quaſi de ſe ſuiſque rebus ageretur, eaque ipſe πάθη concipiat, quibus alios affici cupit, & denique exemplo Braſidæ, ex proprio vulnere iaculum extrahat, quo circumſtantes ferire vult: ſiquidem vehementes quiuis affectus, & efficaces rerum imagines in animis noſtris primum formatæ, tum demum verbis & oratione perficiuntur, & tandem è nobis, violentia illa, & ardore comitante, exſilientes, in auditorum ſenſus ſe ſe facile inſinuant, & ad interiora quæque permeantes, ſubtili contagio, ſimiles plane motus in eorum mentibus imprimunt. Alterum artis præceptum eſt, vt ſi quando immanem aliquam ruinam & calamitatem non vulgarem narraturi ſimus, velut: Oreſtem aut Telephum de rege mendicum factum, id quam fieri poteſt breuiter perſtringamus, ne ſi paulò productior fuerit oratio, incaleſcens iam & feruidus affectus mora ſtyli & longiori temporis interuallo ſenſim refrigeſcat. Cuius rei rationem reddens Cicero, *nihil enim*, ait, *citius areſcit lachryma præſertim in alienis malis.* Sed quia vtrumque illud præceptum, à Pindaro eodem verſus contextu ac tenore celebratum animaduerti, rem his ſtudijs indignam facturus mihi

viſus non ſum, ſi adnotarem, ſic ille.

τὸ γὰρ οἰκεῖον πιέζει
πάνθ᾽ ὁμῶς. εὐθὺς δ᾽ ἀπήμων καρδία
κῆδος ἀμφ᾽ ἀλλότριον.

Æſchylus etiam, cum homine infortunato ingemiſcere, & tertiata verba loqui facile eſſe, nullum tamen inde mœroris aculeum ad ipſius condolentis animum pertingere dixit in Agamemnone.

τῷ δυσπραγοῦντι δ᾽ ἐπιστενάχειν πᾶς τις ἕτοιμος,
δῆγμα δὲ λύπης οὐδὲν ἐφ᾽ ἧπαρ προσικνεῖται.

Non minus inhoneſtas Pictorum tabulas, quam impudicas Poëtarum fabulas iuuenilibus animis nocere. Cap. XX.

QVa ratione ſapienter ab antiquis damnata ſunt Poëtarum commenta, quibus multa de Dijs & Heroibus inhoneſta, & quæ caſtis auribus ferri non poſſunt, improbe narrantur: eadem omnino reijciendæ ſunt turpes & impudicæ tabulæ quibus ποίησις σιωπῶσα laſciuas imagines ſpectandas proponit. Quia nempe ambæ illæ ſorores, artificio ſuo, aut non cogitantes & minime malos, peſſimarum rerum repræſentatione ac ſimulachris in fraudem inducunt, aut flagitioſos iam & ſatis per ſe ad ſcelus inſtructos pernicioſo exemplo audaces eſſe iubent. Vnde factum ſcimus, vt confidentiæ argumentum nactus nequam adoleſcens Chœrea, apud Terentium, virginem cuius curæ & cuſtodiæ, tanquam eunuchus, commiſſus fuerat, dormientem aggrediatur, atq; alacris peſſulum oſtio obdat, quod, in tabella parieti appenſa, Iouem aſpexiſſet imbre aureo gremium Danaæ fallentem,

At quem Deum (inquit) *qui templa*
Cæli ſumma ſonitu concutit,
Ego homuncio hoc non facerem?

Hinc & alter quiſpiam nullius ſpei homo, in Græco quodam epigrammate, cum videret ſe ob turpiſſimos amores iuſtis conuicijs & reprehenſioni obnoxium, ea ſe excuſatione ſartum tectumque iri confidit, quod Iouis, Neptuni, & Plutonis imitatione, ſuæ libidini & voluptati ſeruire ſe profiteatur, iuxtaque Terentiani Chereæ mentem ſubtili plane impietate, ſic ratiocinando concludit,

εἰ δὲ θεοὶ τοιοίδε, θεοῖς δ' ὀυκ ἔσϑων ἐπέσϑαι
ἀνθρώπους, τί θεῶν ἔργα μαθὼν ἀδικῶ;

Quam ob cauſam, ridiculis, & à natura diuina longe alienis Poëtarum fabulis puerorum animos imbibi vetat prudenter Plato, ne per eas viam ſibi ad improbitatem ſternant hauriantque teneris adhuc mentibus ſceleris ſuccum, & ad malas res propenſionem quamdam, πᾶς γὰρ, inquit ille, ἑαυτῷ συγγνώμην ἕξει κακῷ ὄντι, πεισθεὶς ὡς ἄρα τοιαῦτα πράττουσί τε καὶ ἔπραττον καὶ οἱ θεῶν ἀγχίσποροι, Ζηνὸς ἐγγύς. Lib. 2. Polit.

Varronis verſus, qui apud Nonium extant, purgati & explicati. CAP. XXI.

MVlta de habitu, ornatu, blandimentis, & laudibus formoſarum mulierum, tota ea Satyra videtur locutus Varro, quæ titulo corrupto, riapiapę περὶ ἐγκωμίων, inſignita paſſim inuenitur apud veteres Grāmaticos. Inter cætera vero, eas inferendo Amoris vulneri, & accipiendo natas ſe, quæ verſatiles, & propria quadam nota loquaces oculos habent, cum ea pars corporis in

amore potẽtiſſima ſit, voluit, quatuor ſenarijs, qui cum diuulſi, ſeparatique, duobus, apud Nonium, locis legantur, & valde corrupti, eos ita recte coniungi, & emendari poſſe iudicauimus.

Sigilla in mente impreſſa amoris digitulo
Veſtigio demonſtrant mollitudinis,
Queis χαλλιβλεφάρῳ, *naturali palpebræ*
Cinctu vallata mobiles ſeptos tenent.

In priore verſu, *mento*, legebatur, in duobus poſterioribus, *quos* χαλλιβλεφάρων *naturali palpebra cincta vallato*. ſed male, ideo illos ita, vt vides, reſtituimus. χαλλιβλεφάρῳ naturali, ἀσυνδέτως, Græcorum more. Palpebræ cinctu vallatæ, vt Cicero, quem ibidem citat Nonius, *Munitaque ſunt palpebræ tanquam vallo pilorum*. Iſidorus. *Palpebræ munitæ ſunt vallo ciliorum, vt & opertis oculis ſi quid inciderit, repellatur, & ſomno conniuentibus, tanquam inuoluti quieſcant.* Eiuſmodi circumlocutione nihil aliud vult Varro, quam mollem oculorum petulantiam cupidini ſymbola quadam peculiari addictam deuotamque eſſe. Quod verum eſt, ſi audiamus eos, qui coniectatione de oris, & vultus ingenio, mores, & naturas hominum explorant; Aiunt enim illam ſcintillantium oculorum volubilem aciem, viuacitatis cuiuſdam, & ignei animi ſignum eſſe, qui in amorem facile feratur, φλέγοντας ὀφθαλμοὺς, vt eum fulgorem & laſciuiam exprimeret, vocauit Æſchylus.

νέας γυναικὸς ὄυ με μὴ λάθῃ φλέγων
ὀφθαλμὸς, ἥτις ἀνδρὸς ᾖ γεγευμένη.

At pœne præterieram, quod maxime dicere volebam. Feſtiue ſcilicet, Amore perculſos, aut ad amandum procliues dici à Varrone, ſigillum habe-

re in mente impreſſum, amoris digitulo, metaphora ducta ab ijs, qui vt rem aliquam ſuam eſſe indicent, appoſita cera, & impreſſo in eam ſigillo ſolent obſignare. Vt de Alexandro narratur, qui cum arcanas quaſdam litteras Hephæſtioni legendas dediſſet, detractum è digito annulum ori eius admouit, quaſi ei os de ſecreto clauſum ſignatumq; eſſe iuberet. Sed & Anacreon, pulcherrimo quodam odario, aſſerit amantes, à ſe facile à cæteris ſecerni, eadem fere ratione, qua & Parthi ſuis tiaris, & equi notata ſigma, coxa, aut cappa, aut ſtellula ferro candenti inuſta dignoſci ſolent,

ἔχουσι γὰρ, inquit, τι λεπτὸν
ψυχῆς ἔσω χάραγμα.

Eadem etiam tranſlatione vtitur Paulus Silentiarius, in epigrammatis,

τὴν πρὶν ἐνεσφρήγισεν ἔρως θρασὺς εἰκόνα μορφῆς
ὑμετέρης, θερμῷ βένθεϊ σῆς κραδίης.

Tum --αὐτὰρ ἐγώ τοι
γραπτὸν ἔχω ψυχῇ σῆς τύπον ἀγλαΐης.

Quod ſi ſacra miſcere profanis licet, D. Ioannes, vt CHRISTVM à Deo Patre pro Filio vnigenito, in hoc terrarum orbe agnitum comprobatumque, & velut charactere diuinitatis impreſſo hominibus indicatum fuiſſe, quo de eius exiſtentia, & veritate dubitari non poſſet, doceat, τοῦτον ait, ὁ πατὴρ ἐσφράγισεν, ὅτι ὁ θεὸς ἀληθής ἐστι. Et in Geneſi, dicitur Deus notaſſe Cain quodam ſignaculo, ne agnitus à quoquam necaretur.

Tyrannos in perpetuo metu agere, & ne amicis quidem & cuſtodibus fidere, Iſocratis Æſchyli, & vnius etiam tyranni teſtimonio comprobatum. CAP. XXII.

PRometheus, apud Æſchylum, roganti choro, quanam de cauſa tam graui ſupplicio à Ioue mancipatus eſſet, breui narratione rem totam patefacit, docetque ſe cum diſſidium inter Deos, propter occupatum à Ioue cælum, exortũ animaduertiſſet, & alios quidem nouitatis ſtudioſos, in recentem tyrannidem incumbere. Alios vero pro Saturni partibus ſtare, eum in priſtinum dignitatis gradum reſtituere nitentes, matrem ſuam Themidem, de incerto belli euentu conſuluiſſe, & futura omnia, hoc eſt, Iouem regnaturum didiciſſe, ideoque monuiſſe Titanas, & reliquos Saturni commilitones, vt mature à propoſito deſiſterent, Iouiſque imperium, & leges, ſpõte, & æquo animo agnoſcerent potius, quam rei perduellionis agerentur, ac in capitis ſui diſcrimen vocarentur: cumque illi, ſumma temeritate, & audacia, monita ea negligerent, ſe tantum ſuis artibus effeciſſe, vt tandem incogitantem Saturnum, & coniuratos omnes in orcum detruderet; ſe denique tam præſentis auxilij & commodi authorem, acerbas tandem pœnas pro mercede accepiſſe, hunc enim morbum tyrannis innatum eſſe, vt ne amicis quidem fidem habeant.

ἔνεστι γάρ πως ȣ̃το τῇ τυραννίδι,
νόσημα, τοῖς φίλοισι μὴ πεποιθέναι.

Vt & Iſocrates, in encomio Helenæ, id tyrannorum, quos, peſtes & νοσήματα πόλεων appellat,

maximum & grauiſſimum νόσημα eſſe ait, quod ἀπιςοῦντες τοῖς οἰκειοτάτοις, non magis ſecuros ſe & tutos arbitrantur, quam ij, quibus mors ſemper imminet: quippe tanta eſt eorum diffidentia, vt non minus à doryphoris & ſatellitibus ſuis ſibi timeant, quam ab inſidiatoribus ipſis. μηδὲν ἧττον φοβούμενοι τοὺς φυλάττοντας, ἢ τοὺς ἐπιβουλεύοντας. Quod de ſe ingenue fatetur Phalaris quodam ad Paurolam filium protreptico, quo eum ne paternis veſtigijs inſiſtat, neue tyrannicè ſe gerat, diligenter hortatur. ὁ ἀμφοτέρων πεπειραμένος τυραννηθῆναι μᾶλλον εὐξαίμην ἢ τυραννῆσαι· ὁ μὲν γὰρ ἕνα φοβεῖται, τὴν ἄλλων χαλεπῶν ἀπηλλαγμένος, τὸν τύραννον. ὁ τύραννος δὲ τοὺς ἔξωθεν ἐπιβουλεύοντας, καὶ δι' οὓς σώζεται. Denique vt ait ille, neceſſe eſt multos timeat, quem multi timent.

Locus Homeri, hymno εἰς ἀφροδίτην, purgatus. Cap. XXIII.

FRequenter vſuuenit, quod ait Pindarus, homines, dum nefarium aliquod facinus moliuntur, vix vnquam eius grauitate deterreri, neque quantum, quamque acerbum ſibi malum ſua improbitate arceſſituri ſint, præuidere: Re vero iam peracta, tum demum quantum peccarint, quidque mereantur, agnoſcere, quod & aliquis comicorum extulit hoc diſticho,

οὐδεὶς ξυνοιδὼν ἐξαμαρτάνων, πόσον
ἁμαρτάνει τὸ μέγεθος, ὕςερον δ' ὁρᾷ.

Et Heſiodus, ἐπεὶ κακὸν εἶχεν, ἔγνω. Eo ſe errore & imprudentia ductam fatetur Venus, apud Homerum, vicemque ſuam miſerta, quod tam impo-

tenti amore perculſa, atque excæcata fuerit, vt cubile & congreſſum Anchiſæ paſtoris non erubuerit, infit.

νῦν δὲ δὴ οὐκέτι μοι στοναχήσεται ἐξονομῆναι
οὗτο μετ' ἀθανάτοισιν, ἐπεὶ μάλα πολλὸν ἀάσθην
σχέτλιον οὐκ ὀνάτατον, ἀπεπλάγχθην δὲ νόοιο,
παῖδα δ' ὑπὸ ζώνῃ ἐθέμην βροτῷ εὐνηθεῖσα.

Quibus verſibus vera ac natiua effigies mulierculæ ingemiſcentis exprimitur, quod λάθριον εὐνὴν ingreſſa zonam ſibi ante iugales ſolui paſſa ſit, iamque prægnans euadere ſentiat: tunc enim, errore cognito, horret, angitur, vellet quod factum eſt, infectum eſſe, & ἔχθιστον ἀμπλάκιον χαλύψαι τ' ἀμήχανον deteſtata, cælo, & Lunæ miſerias narrat ſuas. In Homero autem, τὸ στοναχήσεται, quod verbum nihili eſt, omnino nō placet, & puto ἐκ συνηζήσεως duarum vocum mendam profectam, dicendumque στόμα χείσεται. Deinde ὀνάτατον, ἀντὶ τοῦ ὀνομαστὸν in tertio verſu male obtinuit, quippe ὀνοτὸς, ſiue ὀνοστὸς, nihil aliud ſonat, quam pauperem, vilem, & abiectum, quod huic loco bene non conuenit. At melius ὀνομαστὸν, ſiue poëtice ὀνοματὸν dempto σ, vt ἀδάματος, θαύματα, & alia pro ἀδάμαστος & θαύμαστα.

Quæ res nouitatis, quæ vetuſtatis laude commendari debeant. CAP. XXIIII.

VEteri quodam verbo vti cenſendus eſt Pindarus, cum vetuſtate quidem commendari vinum dicit, nouitate vero cantiones & verſus, οἶνον μὲν παλαιὸν ἄνθεα δ' ὕμνων νεωτέρων. Ab Eubulo

Eubulo comico dictum eſt, inſulſum eſſe exiſtimare, eadem ratione & guſtu quo vinum, virum à meretricibus probari, ſiquidem vino veteri illæ gaudent, & virum iuuenem ac ad clinopalem aptiorem paratioremque requirunt,

ἄτοπόν γε τὸν μὲν οἶνον εὐδοκιμεῖν ἀεὶ
παρὰ ταῖς ἑταίραις τὸν παλαιὸν, ἄνδρα δὲ
μὴ τὸν παλαιὸν, ἀλλὰ τὸν νεώτερον.

Periander Corinthius vnus è ſeptem monebat τοῖς μὲν νόμοις παλαιοῖς χρῆσθαι, τοῖς δ' ἐδέσμασι προσφάτοις. Et Phauorinus, apud Gellium, *Viuere moribus præteritis, loqui verbis præſentibus.* At Xenophon, in bellicis artibus vt & in muſica noua quæque & nondum vſitata placere plurimumque conferre ait, quia nouæ omnes aſtutiæ, recenterque excogitata ſtratagemata decipiendis fallendiſque hoſtibus cõmodiora ſunt, & aptiora. *Cyri. pæd. lib. 1. Pag. 11. S. 21.*

De Sophoclis ſenis à rebus venereis abſtinentia.

CAP. XXV.

NOn eſſe tantum in ſenibus voluptatum ſtimulum, ac titillationem quanta in adoleſcentibus eſſe ſolet, experiẽtia ipſa teſtatur, & docet Cicero in dialogo de ſenectute, Sophoclis exemplo allato. Ex quo, cum quidam iam confecto ætate, quæreret, vteretur-ne rebus venereis, *Dij meliora*, inquit, *libenter vero iſthinc tanquam à domino agreſti & furioſo profugi.* Cuius reſponſi meminit, etiam Athenæus, δειπνοσοφιστῶν, mutilum tamen, & aliqua ſui parte mancum ab eo proferri exiſtimarim. Ait enim Sophoclem reſpondiſſe, ἀσμένως ἀπηλλάχθαι τῶν ἀφροδισίων ὥσπερ λυττῶντος δεσπότου, vbi merito deeſſe quis ſuſpicetur

ea duo epitheta, quæ Cicero adiecit, cum & apud Plutarchum, & apud Platonem, è cuius Græco integer ille locus à Latino authore videtur mutuatus, dicatur Sophocles venerem fugiſſe, ὥσπερ, λυττῶντά τινα καὶ ἄγριον δεσπότην. Id autem ſcitu indignum non eſt, formam eam loquendi è Philoſophorum ſcholis videri profectam, quarum tragicus ille diligens & attentus auditor fuiſſe fertur, ea præſertim tempeſtate, qua honeſtam & laudabilem vergenti iam ætati cataſtrophen impoſiturus, totius vitæ ſtatum ad modeſtiam probitatemque eximiam conformauerat.. Eodem enim modo Socrates, apud Xenophontem, in Apomnemoneumatis, loquens inducitur. ἐμοὶ μὲν δοκεῖ, νὴ τὴν ἥραν, ἐλευθέρῳ μὲν ἀνδρὶ εὐκτὸν εἶναι μὴ τυχεῖν δούλου τοιούτου· δουλεύοντα δὲ ταῖς ἡδοναῖς ἱκετεύειν τοὺς θεοὺς ἀγαθῶν δεσποτῶν τυχεῖν. Et in œconomico, non multo poſt initium ait idem author. δοῦλοι γάρ εἰσι καὶ οὗτοι, ἔφη ὁ Σωκράτης καὶ πάνυγε χαλεπῶν δεσποτῶν, οἱ μὲν λιχνειῶν, οἱ δὲ λαγνειῶν, οἱ δὲ φιλοτιμιῶν τινῶν μωρῶν καὶ δαπανηρῶν, ἃ οὕτω χαλεπῶς ἄρχει τῶν ἀνθρώπων, ὧν ἂν ἐπικρατήσωσιν, &c. Quibus verbis proxime accedunt, hæc Ciceronis è libro ſexto de Repub. Graues enim dominæ cogitationum libidines infinita quædam cogunt atque imperãt, quæ quia expleri atque ſatiari nullo modo poſſunt, ad omne facinus impellunt eos qui illecebris ſuis incenduntur. Et vero parum abeſt, quin credam totum eum locum Xenophontis à Tullio adumbratum fuiſſe, cum ſciam ſtudioſiſſimum Xenophontis eum extitiſſe, & illum ipſum elegãtem de œconomia dialogum Latinum feciſſe, nonnullaque

etiamnum eius verſionis fragmenta apud Nonium & alios inueniri. Sed & ante Socratem dixerat Pythagoras, δουλεύειν πάθεσι χαλεπώτερον ἢ τυράννοις. Et, ἐλεύθερον ἀδύνατον εἶναι τὸν πάθεσι δουλεύοντα καὶ ὑπὸ παθῶν κρατούμενον. Itaque quiſquis turpiſſimæ cupiditatum ſuarum ſeruituti, amiſſa omni libertatis, hoc eſt, rationis recuperandæ ſpe ſe ſe mancipandum dedit, cum Ariſtophaneo Carione exclamet licet

ὡς ἀργαλέον πρᾶγμ' ἐστίν, ὦ Ζεῦ, καὶ θεοί,
δοῦλον γενέσθαι παραφρονοῦντος δεσπότου.

Odes cuiuſdam Horatianæ εἰκὼν *è Græco Ariſtophanis petita.* CAP. XXVI.

Vitæ ruſticæ ſuauitatem, duobus præſertim capitibus, frugalitate, ſcilicet, & curarum fuga, animique tranquillitate commendat Horatius, præclaro carmine, quod in eam rem edidit, quodque ſic incipit,

Beatus ille qui procul negotijs,
Vt priſca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet ſuis,
Solutus omni fœnore.

Quin autem, dum eam odem animo conciperet Horatius, Ariſtophanem præ oculis habuerit, aut ſaltem quemdam eius locum è comœdia quæ νήσων nomen ſortita fuerat, dubitaturum exiſtimo neminem. Hoc tantum differentiæ interuenit, vt quæ leuiter, & ſummo velut digito à Græco Poëta perſtringuntur vt aucupium, inemptæ dapes, & cætera huiuſmodi, fuſius ornatiuſque à Latino explicentur. Verſus Ariſtophanis ſunt hi,

οἰκεῖν μὲν ἀγρῷ τοῦτον ἐν τῷ γηιδίῳ
ἀπαλλαγέντα τῶν κατ᾽ ἀγορὰν πραγμάτων,
κεκτημένον ζευγάριον οἰκεῖον βοοῖν·
ἔπειτ᾽ ἀκούειν προβάτων βληχωμένων,
ὄψων δὲ χρῆσθαι πινιδίοις τε καὶ κίχλαις.

Sed & illud quod ibidem ſequitur

Nec excitatur claſſico miles truci

Bacchylidea hæc omnino ſapiunt, in Pæanibus.

--χαλκέων ἐκεῖ
οὐκέτι σαλπίγγων κλύπος, οὐδὲ συλᾶται
μελίφρων ὕπνος ἀπὸ βλεφάρων.

Quo ſpectat & illud, quod à veteri quodam & anonymo authore refert Plutarchus in Nicia. τοὺς ἐν εἰρήνῃ καθεύδοντας, οὐ σάλπιγγες, ἀλλ᾽ ἀλεκτρυόνες ἀφυπνίζουσιν.

Vlyſſem breuis ſtaturæ fuiſſe, & ideo nanum vocatum contra Mureti opinionem explicatus Attij locus, ex alio Pindari. CAP. XXVII.

HOc ſolum reliquum eſt operum antiquorum ſeu Græcorum, ſeu Latinorum quæ nobis temporum inuidit, iniuria, iacturam ægrè ferentibus vt ex leuiuſculis quibuſdam veſtigijs quæ hinc inde apud bonos authores ſeruata inueniuntur, deliciarum illarum elegantiam amœnitatemque anima tantum & cogitatione velut ſubodorari liceat. Ideoque mirum non eſt ſi ijs ſuauiſſimarum animarum reliquijs & ſitu & ſqualore eruendis poliendis illuſtrandiſque ſedulo & ſerio incumbit, quiſquis ex eorum numero, qui de his ſtudijs benemeriti ſunt, ſeu eruditione inſigni, ſeu εὐστοχίᾳ non vulgari in indagandis deprauatarum lectionum erroribus, cæteris præſtat. Et vero nihil ea re

antiquius habuerunt celeberrimi illi criticorum anteſignani, Manutius, Turnebus, Victorius, Muretus, Lipſius. Quorum ille quem pœne vltimum nominaui, vt ne de eo pluribus agam, nam quicquid dixero minus erit, politiorum litterarum cognitionem & ſcientiam exquiſitiſſimam, præſtantiſſimis ingenij dotibus cumulauerat: eius tamen iudicium in intelligendis his ex Attiano Philocteta verſibus tantulum requiro. *Lib. II. var. lect. cap. 10.*

Inclute, parua prædite forma,
Nomine celebri, claroque potens
Pectore, Achiuis claſſibus ductor
Grauis Dardanijs gentibus vltor
Laërtiade.

Neque enim exiſtimarim, quod ille ait Philoctetam eo loco Vlyſſi blandientem induci, eumque vocare non formoſum, ea demum mente & conſilio quo Vulcanum Homerus à Iunone κυλλοποδίωνα compelli facit pace tanti viri dictum ſit; longe alia ni valde fallor, mens Attij nimirum fuit breuem Vlyſſis ſtaturam non autem malam formam ſubindicare, quia paruam formam pro turpi non video, quam bene Latine dici poſſit licet dictũ ſit,

Non formoſus erat, ſed erat facundus Vlyſſes.

Nemo tamen eſt, opinor, qui eam oris deformitatem in Vlyſſe velit ſuſpicari, quæ ſcommati & ioco vel minimo anſam præbuerit, cum in eo vno duas eximiæ pulchritudinis mulierculas laboraſſe innuat Horatius, atque adeo ipſam Calypſum, quæ Vlyſſem ſibi ereptum conquerens, habitam cum eo familiarem conſuetudinem, & ſuum in illum amorem ita ingenue teſtatur, apud eundem Hom.

τὴν μὲν ἐγὼ φιλεόντε καὶ ἔτρεφον ἠδ' ἔφασκον θήσειν ἀθάνατον.

Forma igitur apud Attium, non pro vultu tantum accipi debet, ſed pro totius corporis longitudine & ſtatura, vt & κεφαλὴ, συνεκδοχικῶς nonnumquam apud Græcos, pro integro homine ſumitur, quod ab alijs iam notatum eſt. Et in ea ſignificatione forma, in Annalibus Quadrigarij inuenta eſt, propter magnitudinem atque immanitatem facies, & in Pacuuij Nyptris. Ætate integra, feroci ingenio, facie procera virum, imitatione fortaſſis Græcorum qui μορφὰν in eadem notione aliquando vſurpant: vt Pindarus Herculem fuiſſe dicit μορφὰν βραχὺν, ψυχὰν δ' ἄκαμπτον. Quod quidem elogium paradoxi vice acciperet, qui à Poëta ingentem illum Herculem, cuius ſtatum immanemque magnitudinem acute Pythagoras ex eo colligebat quod tanto cæteris hominibus corpore grandiorem fuiſſe oporteret, quanto ſtadium Olympicum, quod ille planta pedis ſæpius repetita metatus dicebatur, alia pari paſſuum numero conſtantia excederet, paruum dictum fuiſſe arbitraretur. At vult Pindarus humilem corpore Herculem extitiſſe & mente inconcuſſum hoc eſt, fore vt celſitatem corporis Herculani paruulam exiſtimes, ſi cum eius animi magnitudine, analogia & proportione quadam facta eam comparaueris. Qua ratione laudari ab Attio Vlyſſem crediderim potius quam velim Mureto hac in parte aſſentiri. Hæc enim laus frequenter pumilionibus hominibus de quorum numero fuit Vlyſſes tribui ſolet, vt dicantur paruo corpore magnum animum includere. Homerus de Tydeo.

τυδεύς τοι μικρὸς μὲν ἔην δέμας, ἀλλὰ μαχητής.
Timon Miſanthropus de Zenone,

μικρὸς ἐών, νῦν δ' εἶχεν ἐλάσσονα σκινδαψοῖο

Et Xenophon de Chryſanthe, ἀνὴρ οὔτε μέγας οὔτε ἰσχυρὸς ἰδεῖν, φρονήσει δὲ διαφέρων. Dixi paruum fuiſſe Vlyſſem. Id ſuſpicari immo certo credere iubet Lycophron in Caſſandra, qui eum nanum appellat,

νάνος πλάναισι πάντ' ἐρευνήσας μυχὸν
ἁλός τε καὶ γῆς.

Quo loco vigilans ſomniat & nugatur ſcholiaſtes, qui Vlyſſem à Tyrrhenis nanum vocatum tradit, id eſt πλανήτην ſeu erronem, quaſi veriſimilius non ſit id nomen ab hominis paruitate profectum, quis enim ignorat pumiliones ſiue κολοβοὺς Græcis νάνους ſeu νάννους proprie dici, & eam vocem non ſemel ab hominibus ad alia quædam tranſlatam eſſe vt apud Heluium Cinnam,

At nunc me genij nana per ſalicta
Bigis rheda rapit citata nanis.

Itaque credibile eſt & vero conſentaneum Vlyſſem Nani nomen quod ei propter paruitatem corporis, inditum fuerat, tanquam turpiculum & minus honeſtius in melius mutaſſe Vlyſſemq. appellari voluiſſe, certe paruum fuiſſe Siſyphum, Vlyſſis patrem vel ex Horatio, ſatis conſtat. *Lib. 1. Saty. 3.*

Strabonem appellat pætum pater, et
Pullum male paruus.
Si cui filius eſt, vt abortiuus fuit olim
Siſyphus.

Vnde aliud argumentum aſſumo paruitatis, quam in Vlyſſe fuiſſe dico, φιλεῖ γὰρ ἐοικότα τέκνα γονεῦσιν εἶναι, vt ait ille.

E clypeo Mineruæ Phidiacæ à duobus optimis authoribus ſumptæ comparationes.

CAP. XXVIII.

M. Tullius libro de Oratore perfecto, vbi cõtra id hominum genus diſſerit qui numeros & harmoniam orationis omnem auerſantur, oſtẽdit abſurdum plane eſſe exiſtimare totum orationis contextum & ἀκολουθίαν ſine vlla collocationis ſpecie conſtare & æquis auribus ferri poſſe, comparatione ductà è quadam Palladis ſtatua, quæ opus Phidiæ Athenis in àcropoli aſſeruabatur, cuius ſoluto clypeo, aut potius tantum ſublato eo claviculo quo medium clypei compactum tenebatur, cætera labi & in terram ruere oportebat: Illius verba ſunt: Sed ſi quos magis ſoluta delectant, ſequantur eo ſane modo, quo ſi quis Phidiæ clypeum diſſoluerit, collocationis vniuerſam ſpeciem ſuſtulerit, non ſingulorum operũ venuſtatem: vt in Thucydide orbem modo orationis deſidero, ornamenta comparent. Quia vero Ciceroni Ariſtoteles, ſiue author libelli περὶ κόσμου ad Alexandrum, de quo inter criticos nihil adhuc certi conſtat, lucem facit non minimam, cum is clypei illius ſoluendi rationem doceat, & eadem, qua Cicero, ſimilitudine in re tamen diuerſa & maioris longe ponderis vtatur, integrum illius locum, quia dignus eſt qui legatur non verebor adſcribere, φασὶ δὲ καὶ τὸν ἀγαλματοποιὸν· Φειδίαν κατασκευαζόμενον τὴν ἐν ἀκροπόλει ἀθηνᾶν ἐν μέσῃ τῇ ταύτης ἀσπίδι, τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον ἐντυπώσασθαι, καὶ συνδῆσαι τῷ ἀγάλματι διά τινος ἀφανοῦς δημιουργίας ὥστε ἐξ ἀνάγκης εἴ τις βούλοιτο αὐτὸ περιαιρεῖν, τὸ σύμ-

παν

παν ἄγαλμα λύειν τε καὶ συγχεῖν. τοῦτον οὖν τὸν λόγον ἔχει ὁ θεὸς ἐν κόσμῳ, συνέχων τὴν τῶν ὅλων ἁρμονίαν τε καὶ σωτηρίαν, &c. Id videlicet contigit, vt cum in publico illo opere nomen inſcribere à nouem Archontibus vetitus fuiſſet Phidias, eam præclaram rationem, qua deſiderio ſuo ſatisface-ret, & induſtriam ſuam memoriæ ſempiternæ cõmendaret, adinueniret ingenioſus artifex. Cui ſimile quidpiam memini legere de Charete Lyndio ingentis Coloſſi Rhodij opifice, apud Strabonem in Geographicis.

Sententia cuidam Sophoclea Menandrea ſimilis allata. CAP. XXIX.

NVlla pernicioſior peſtilentior-ve aura hominum mentes, iuuenum præſertim afflare poteſt, quam cum inanis gloriæ fuco ducti, & magnificè de ſe ſentientes, ingentia quæque de ſuis meritis ſi quæ ſunt ſperare, ſibique audent polliceri. Quæ ſtoliditas, vt vanis & rerum omnium experientia deſtitutis vt plurimũm ſolet inſidere: ita egregiam ſpem omnem & expectationem, quam alij de nobis forte conceperunt, in dies minuit, & quaſi vento quodam, pulueris aut quiſquiliarum inſtar exagitatam diſſipatamque ſenſim ex animis eripit. Idcirco apud Menãdrum, in *Empimprameme*, bene quiſpiam ex inepta δοκισοφαν natione monebatur, eo ſuas res peſſum iri, quod plurimũ ſapere, ſibique aliquis eſſe videretur.

ἐν ᾧ φρονεῖς μέγιστον, ἀπολεῖ τοῦτό σε,
τὸ δοκεῖν τιν' εἶναι· καὶ γὰρ ἄλλους μυρίους.

Quibus non malè reſpondet gnome hæc Sophoclis, qua ridentur qui ſe maius perſpicaciuſque in-

genium, & linguam venuſtiorem ſortitos, & denique ſolos præ cæteris vltra vulgarem modum ſapientes autumant.

In Antig. pag. H. S. 242.

ὅστις γὰρ αὐτὸς ἢ φρονεῖν μόνος δοκεῖ,
ἢ γλῶσσαν ἣν οὐκ ἄλλος, ἢ ψυχὴν ἔχειν,
οὗτοι διαπτυχθέντες ὤφθησαν κενοί.

Quam in vtraque ſcena celebratam ſentẽtiam vellem ſæpius repeti, & à teneris ipſis, vt aiunt, doceri: ſciant enim quotquot ad ſacra ſapientiæ & Muſarum penetralia adſpirant, numquam ſibi aditum ad ea liberum fore: quin prius ea doctrina præparandum, atque imbuendum animum ſibi ducant, quam ex ore Mercurij ipſius ſapientiæ præſulis, emitti facit Lucianus, in Necricis dialogis, τὸ ψεῦδος ἀπόθου, καὶ τὸν τύφον, καὶ τὸ οἴεσθαι ἀμείνω εἶναι τῶν ἄλλων.

BERNARDI MARTINI,
VARIARVM LECTIONVM
Liber Tertius.

Quænam vera & certa fuerit defectus oraculorum cauſa. CAP. I.

NON dubium eſt, quin multis olim ſermonis anſam præbuerit deficiẽtium oraculorum ſilentium: Et ea res, vt nouitatis ac terroris, ſic admirationis plena, viros præſertim graues & doctos in varias opiniones induxerit, quibus hi illam, alij vero aliam tam inexpectato ac impræuiſo euentui cauſam adſcriberent. Iuuenalis ideò vult Delphis oracula ceſſaſſe, quia inquit,

- - Reges timuere futura, Sat. 6.
Et ſuperos vetuere loqui.

Plutarchus autem vir omnium ſcientiarum cognitione exquiſitiſſima inſtructus, cum in tam arduã tamque inſolentem ſcribendi materiam incurriſſet, omnem (vt fertur) lapidem mouit, vt ſi non omnino certam, ſaltem probabilem vnam è plurimis rationem afferret, cur tot oracula, quæ tota pridem Græcia & religione celeberrima, & fama illuſtriſſima floruerant, vno tamen tempore fere omnia, vnaque velut interneccione deleta euanuiſſent. Extat in eam rem integer eruditiſſimi eius authoris tractatus, ex quo niſi moleſtum fuerit, primarias & præcipuas, quæ ibi fuſiùs proponuntur

mirabilis caſus cauſas, tanquam per Capita decerpam, & in pauca contraham. Primum igitur, ait ille, eo impudentiæ impietatiſque ea tempeſtate homines deueniſſe, vt Nemeſim, & Pudorem, & cæteros Deorum, qui in terris degere ſolebant, ac ipſam quoque diuinam Prouidentiam quaſi profugam auolare coëgerint, & vim fatidicam, cui præeſt, indignis mortalibus inuidere. Aut certè iratum Apollinem, quod ad delubrum ſuum, veluti ad Sophiſtæ cuiuſpiam ſcholam, de ludicris & anilibus quibuſcumque rebus rogaturi auderent accedere, cortinam ad meliores vſus natam, & ridiculis ac fœdis ſæpius quæſtiũculis profanatam ſubduxiſſe. Addit etiam id forte idcirco accidiſſe, ſiue quod cum plurima ad commodum opportunitatemque noſtram Deus Opt. Max. moliatur, omnibus tamen labem & interitum natura adferat, atque adeò materia primæua, quæ labes ipſa eſt & priuatio quædam: ſeu quia, cum nihil ſuperuacaneum, nihilque abundans in perfectiſſimo abſolutiſſimoque opere eſſe debeat, fruſtra regnante vaſtitate & ſolitudine, quæ bellis & ſeditionibus non Græciam modò, ſed totum etiam terrarum orbem inuaſerat, plura viguiſſent oracula, cum vnum cõſulentibus æquè eſſet ſatis, atque antea maiore hominum frequentia, plurima diuerſis locis ſita. His quadam præludij vice præmiſſis, minus remotas, & naturæ magis accommodas ceſſationis oraculorum cauſas aggreditur, & Deum immortalem, quem humanis negotiis implicari, & hæc inferiora vllo modo curare velle negat, miniſtros quoſdam habere aſſerit, qui totam mundi machinam moderentur ac regant: Eorumque alios aut ſacrorum ac-

bitros eſſe, aut ſcelerum vindices, aut depulſores malorum, aut bonorum largitores. Alios vero cladibus inferendis, aëri morbis inficiendo, populandis agris, vrbibus exſcindendis, & denique diſſeminandis calamitatibus tantum intentos, Alaſtoras nimirum & Palamnæos. Et hos, & illos, velut in confinio diuinæ & humanæ naturæ poſitos, ex hominibus primùm in Heroas, deinde ex Heroïbus in dæmonas euadere, & ex dæmonibus nonnunquam, longa temporis diuturnitate ab omni humanitatis fæce expurgatos, ſummum prope diuinitatis gradum attingere. Omnium tamen, præter vnius ſolius, certis terminis vitam circumſcribi, & rato quodam conſtitutoque temporis interuallo finiri. Itaque bonorum geniorũ qui oraculis præfecti ſunt, cum aut alio migrant, aut omnino è viuis abeunt, egreſſu, aut morte contingente, oracula quoque deficere oportere. Et iis redeũtibus vocem reſumere. Non minus quam inſtrumenta videmus, in manus ſumpta ſtatim reſonare, nemine tangente ignaua iacere & muta. Tum nonnulla de imaginandi futuraque præſentiendi facultate ſubiungit, & vt illam non tanquam aduentitiam aſciſcimus, ſed innatam nobis inhærentemque, nimia tamen terreni corporis mole & mixtura hebetem ac confuſam, diuerſæ occaſiones expergefacere poſſunt atque promouere. Nempe quum vel corpus ita conſtitutum eſt, & temperamento quodam ad id apto affectum, vt ea animi pars diuinationis particeps, nullo vinculo præpedita, nullaque nubecula obducta, vires ſuas exercere queat: Aut cũ à rebus præſentibus auocata mens ac ſecluſa, atque in ſeſe reflexa, totam aciem ſuam in futurum in-

tendit. Aut etiam cum terræ ipſius auxilio exſuſcitatur vates in opertum deſcendens, & velut ſtimulo quodam ad preſagitionem percellitur. Ex humo enim Plutarchus latentes quoſdam anhelitus & diuinos afflatûs fingit emanare, queis per tenuia quædam foramina diffuſis, & humore calorem imitante & ſe ſe in corpus proximum inſinuantibus, vis inſit quadam impulſione futurum prænuncians: non alia ferme ratione, quam qua vinum excitatis in caput vaporibus, cum alios multos impetus ciet, tum mentem ipſam turbat, & reconditos quoſuis animi ſenſus palam profert. Ea vero vis ſeu exhalatio, quę e terra oritur vt & aliæ omnes occultæ, internæque δυνάμεις, cum neque ſempiterna ſit, neque viciſſitudinis aut interitus expers, facile mutat aut extinguitur, aut etiam alio transfertur; cum ſcilicet aut aquarum eluuionibus, aut tempeſtatibus ac procellis, aut crebris fulminum iactibus, aut præcipiti ventorum flatu, & motibus denique inſolitis concuſſa tellus ſus deque vertitur. Hæc ſunt, quæ veluti per ænigma philoſophatur Plutarchus, qui quicquid ingenti animi conatu efficere tentauit, vix tenuem aliquam & exilem in re tam clara lucem diſpexit. Magna tamen laude dignus eſt, qui tam elegantem & ſubtilem, de tam nodoſa, tamque ſuis hominibus difficili quæſtione diſceptationem inſtituerit, ſi quid ſuis viribus maius, id eſt, ratiocinationibus humanis Deum aſſequi non potuit, ei libere condonandum. Nobis autem Chriſtianis, qui diuinitus edocti, & fidei noſtræ lumine muniti in abſtruſiora quæque, & a communi ſenſu remotiora naturæ arcana penetrare poſſumus, facillimum

eſt, veram & indubitatam defectus oraculorum cauſam reddere: Quis enim, quæſo, nõ videat veterem illum humani generis hoſtem, cum homines nullius fere rei maiore ſtudio, aut cupiditate duci, quam futura prænoſcendi animaduertiſſet, artificia vaticinationum ſummo ſcelere condenda ſibi exiſtimaſſe, quo falſa quadam boni ſpecie deluſas gentes, & diuinitatis opinione faſcinatas facilius in impia cæcitate detineret, detentaſque perderet atque profligaret. Itaque non vnum tantùm, ſed prope infinitos, eorum quæ euentura forent, præſagiendi modos excogitauit, & vel ipſas demortuarum pecudum fibras, auiumque volatus, & cantus, quæ omnia vaniſſima ſunt, notari, conſulique decreuit. Aſt tandem tandem oborto veritatis lumine, eoque terras colluſtrante, & tetram illam caliginem fugante, colligenda ei fuere vaſa, turpiterque abeundum. Hinc magni illius Panos numquam prius auditus interitus. Hinc Pythiæ inſolito furore conſternatæ, & in ipſo etiam adyto animam efflantis funeſtus exitus. Hinc Delphicæ vrbis, quæ tanquàm arx & caput nefariæ ſuperſtitionis habita eſt, euerſio. Hinc denique obmuteſcentium vaticiniorũ ceſſatio. Quæ quidem omnia eodem fere tẽpore, hoc eſt, Saluatore è caſtiſſima virgine & matre MARIA nato, contigiſſe, & ex ipſa temporum collatione, & ex Plutarchi ipſius teſtimonio, ſatis ſuperque notum eſt Si tamen quis quidpiam adhuc à me deſideret, quo integram & plenam aſſertioni meæ fidem conciliem, plurima ſunt, quibus ipſum etiam Plutarchum, ſi reuiuiſceret, vel reluctantem & inuitum, ſuis illis rationibus valere iuſſis, in huiuſce ſententiæ calculum

Suidas v. ἄυγουστος. perttaham. Hoc tamen vnum ex innumeris ſe ligam ac proponam. Fertur Auguſtus cum Apollinem percõtatus quæſiuiſſet quiſnam à ſe vita functo Romani Imperij habenas eſſet accepturus, reſponſum id à Pythia habuiſſe.

> παῖς ἑβραῖος κέλεταί με θεοῖς μακάρεσσιν ἀνάσσων,
> τὸν δὲ δόμον προλιπεῖν, καὶ ἀΐδην αὖθις ἱκέσθαι.
> λοιπὸν ἄπιθι σιγῶν ἐκ βωμῶν ἡμετέρων.

Victa, ni fallor, cauſa eſt: confitentem habemus reum. Quid pluribus opus eſt? Scio tamẽ eiuſmodi teſtimonium, non eſſe omni, vt aiunt, exceptione maius, cum dæmonia Deum & dominum publicè agnoſcentia ſilere iuſſa ſint, ne videlicet ore fœtido ac immundo prolata veritas aliquid ſui nitoris, ſuæque majeſtatis amitteret. *Matth. 8. Luc. 8. Marc. 5.*

Conuiuæ, nautæ & poculorum remiges dicti, Cur, & vnde. CAP. II.

AVdaces nonnunquam Metaphoras, & quæ à communi loquendi vſu plane abhorreant, vſurpant Græci. Eo tamen iudicio & religione, id faciunt, vt quod tranſlationis anſam præbet, ſi non omni ex parte, ſaltem aliquatenus, cum eo cui tráſlationem accommodant, naturæ ſimilitudinem & conformitatem quamdam habeat. Exempli gratia: ſi menſam mari, & remigibus compotores comparari audiueris, quid, oro, prima fronte, commune eſſe poſſe dixeris his, qui parato & bene inſtructo ferculo quieti aſſident, cratera baccho & floſculis coronatum propinantes, & curis omnibus ſoluti, cum iis, qui valida neruorum contentione

remos

remos agunt ac periculis innumeris expoſiti non plus a morte diſtant quam lata ligna ſunt ex quib. compacta & coagmentata eorum nauis eſt? nihil tamen vetat, quin ſi paulo accurratius rem expendas, commodè ab vno ad aliud metaphoram duci poſſe exiſtimes, vt vel ex hac ſola Chœrili authoritate conuincam, qui licet malus & ineptus verſificator ab Horatio, & aliis quibuſdam habeatur; boni illius tamen & cedro non indigni verſus nonnulli ad nos peruenerũt. Ex quorum numero ſunt hi apud Athenæum.

χερσὶν ὄλβον ἔχω, κύλικος τρύφος ἀμφὶς ἐαγὸς
ἀνδρῶν δαιτυμόνων ναυάγιον, οἷά τε πολλὰ
πνεῦμα διωνύσοιο πρὸς ὕβρεας ἔκβαλ' ἄνακλος.

Eſt & in eundem ſenſum elegans Chalchi diſtichon apud eundem authorem.

κἄν τινες ἧκον ἄγοντες ἐν εἰρεσίᾳ διονύσου
συμποσίου ναῦται, ϗ κυλίκων ἐρέται.

Inde verò fortaſſe nata eiuſcemodi metaphora eſt, quod, vt ſe habet fluctuans & vndoſum mare ad remiges, ſine quo metuendæ ſalebræ: ita vinum ad conuiuas, ſine quo paſſerinum potius, vt Lucillius loquitur, aut vt Gellius, caninum, quam humanum prandium appellandum eſt. Aut certè id ei locutioni occaſionem dedit, quod olim in Agrigentina quadam domo contigit, in qua Iuuenes aliquot compotores vino ſupra modum hauſto, eo dementiæ furoriſque deueniſſe traditum eſt, vt cum in triremi nauigare ſe crederent, procellis agitata, & in mediis vndis non ſine graui periculo verſari: Et pocula & vaſa & menſas & omnem denique hoſpitij ſuppellectilem, tanquam nauim deoneraturi, quod à nautis vrgente tempeſtate fie-

ri ſolet, in vicum deijcerent: vnde in poſterum ipſa domus triremis vocata. Vnde quoque factum opinor vt plæraque poculorum genera, à re nauali nomen acceperint, vt Cymbia, Canthari, Carcheſia, Scyphi, & ſimilia. Quod poſt eundē Athenæum notauit Macrobius in ſuis ſaturnalibus. Eo etiam forte ſpectat Bacchus, ſiue latrones Homeri quod poëma latinè vertit, pauciſque immutatis ſuum fecit Ouidius, tertio metamorphoſeos: nihil enim aliud per fures illos in varia monſtra & piſces mutatos ſubintelligi voluerunt Poetæ, quam eos homines, qui belluarum ritu cibis ſe & poculis totos ingurgitant, omni humanitate & ratione ſpoliatos in brutas animantes ſenſim euadere, & non minus quam Leones, Pardos, Tigres, & alias quaſuis ferociſſimas, eſſe pertimeſcendos.

Κῦμα χερσαῖον, ναυηγὸς φιλίης. *Et alia quædam.* Cap. III.

VTè rèbus terreſtribus ad maritimas ductæ tranſlationes elegantiam habent non minimam; ita non inſulſæ cenſendæ ſunt eæ, quibus, quæ mari conueniunt, tribuuntur iis, quæ ſuper continente geruntur, qualis illa, qua vtitur Æſchylus, ἐπτ. ἐπὶ. θήβ.

------ πρὶν καταιγίσαι πνοὰς
ἄρεος. βοᾷ γὰρ κῦμα χερσαῖον στρατοῦ.

Neque enim melius efficaciuſue exprimi potuit ingens hominum multitudo, quæ Thebarum obſidioni vacabat, quam ſi eam fluctus & procellas terreſtres vocaret Poëta, quo modo etiam ſtatim poſt in eodem dramate.

Κῦμα γὰρ περὶ πτόλιν
δοχμολόφων ἀνδρῶν χαλάζει
πνοαῖς ἄρεος ὀρρόμενον.

Qua figura dictum etiam a Lycophrone, de Xerxe Græciam inuaſuro.

--- τῷ θάλασσα μὲν βάλη
πεζῷ πολ' ἔσται, γῆ δὲ ναυσθωλήσεται
ῥήσσουσι πηδοῖς χέρσον.

Quia mirum Athos mons mille quingentorum paſſuũ longitudinis, tantæque celſitudinis, vt eius vmbra trecenta ſtadia occupare credita ſit, a Xerxe tamen perfoſſus tranſnauigatuſque fuerit, & factus freto nauigabili peruius. Iuuenalis.

Creditur olim
Velificatus Athos, & quicquid Græcia mendax
Audet in hiſtoria, cum ſtratum claſſibus iiſdem.
Suppoſitumque rotis ſolidum mare credimus altos
Defeciſſe amnes, epotaque flumina Medo
Prandente.

Virgilius in Poëmate Culicis.

Non perfoſſus Athos, non magno vincula Ponto
Iacta, meo quærent, iam ſera, volumine famam.
Non Helleſpontus pedibus pulſatus equorum,
Græcia cum timuit venientes vndique Perſas.

Meminerunt & alij, ſed hæc extra rem. Homines inuenuſtos, quibusque ſecundæ res de amore non ſunt, in amore naufragos vocant Latini, imitatione Græcorum, in quorum monimentis hæc reſperiuntur.

εἰ τὺς ἐν πελάγει σώζεις Κύπρι, κἀμέ τὸν ἐν γᾷ.
ναυηγὸν φιλίης σῶσον ἀπολλύμενον.

Et alibi non ſemel dicuntur amãtes ἐρωτοπλοεῖν.

Et feſtiuè comicus quidam iuuenculam mulierem ſeni nuptam, ſimilem eſſe aiebat nauiculæ, quæ diſrupto retinaculo facile de nocte prorumpit, & in alio littore iacens inuenitur. Huc etiam non male referri poſſet dictum Iuliæ Auguſti filiæ, quæ rationem reddens, cur cum tam proſtituti pudoris eſſet, vt tanquam χαμευνὰς & diobolare ſcortum, nemini non faceret copiam ſui, tam ſimiles tamen Agrippæ viro filios procrearet, Reſpondit, *numquã ſe niſi naui plena tollere vectorem.* *Apud Macrob.*

Duarum vrbium nomina quæ in Homeri hymnis corrupte leguntur, Reſtituta.

CAP. IIII.

HOmerus totum Bæotiæ & confinium orarũ tractum deſcribens, quem ab Apolline perluſtratum fingit, cum is locum fatidicum, & tripodi figendo aptum quæreret. Tandem vbi Mycaleſi, Thebarum, Oecales, & aliarũ quæ in Boeotia tunc exſtabant, vrbium mentionem fecit, ait.

ἔνθεν ἄρ εἰς ἀμαρτον ἀφίκεο ποιήεντα.

At nullus, quod ſciam, Geographorum eſt, qui locum in Bæotia vllum Amartum appellari tradiderit. Fuit olim cum exiſtimarem legendum potius ἀμάρυνθον, quæ quidem inſula eſt Eubeæ. Eubœa autem Bœotiæ appoſita eſt, & ab ea anguſto tantum illo freto, quod Euripon vocant, diſtare, creditur, ita dicta ἀπό τινος ἀμαρυνθου κυνηγοῦ τῆς ἀρτέμιδος. In quam me opinionem magis ac magis inducebat Epithetum illud, ποιήεντα, cum notiſſimum ſit, loca fontibus, & aquis irrigua & vicina, herboſa eſſe ſolere. Alias reponebam ἀράκυνθον, quod montis nomen eſt in Acarnania, imo ſi

Stephano credimus, in Bœotia ipſa, non longe à Cephiſo amne, & Parnaſſi iugis. Idem tamen Stephanus ſententiam mutandi dux & author extitit; is enim, qui, vt veriſimile eſt, emendatiora, quam nunc non habemus, Homeri opera legere potuit, hunc ipſum Poetæ locum citare videtur, in voce ἁλίαρτος, vbi docens vrbem Bœotię quamdam ab Haliarto Therſandri filio cōditam denominatamque fuiſſe addit. ὅμηρος, ποιήεντ' ἁλίαρτον. Itaque operarum errore lectio ea vulgaris inualuit, & loco Syllabæ λι, littera μ, propter figuræ ſimilitudinem effiċta eſt. Meminit Haliarti Callimachus, in lauacris Palladis.

> ἢ περὶ κορωνείας, ἢ εἰς ἁλίαρτον ἐλαύνοι
> ἵππους, βοιωτῶν ἔργα διερχομένα.

Et Plinius, *Reliqua oppida inter Megarā & Thebas, Eleuthera, Haliartus, Platea, Phara.* Alterius *Li. 4. c. 7. nat. hiſt.* vrbis nomen, quod in Homero mendoſe legitur, exſtat hymno in Neptunum, hoc verſu,

> πότνιον ὅσθ' ἑλικῶνα καὶ εὐρείας ἔχει αἴγας.

Scribendum omnino ἑλίκην, non ἑλικῶνα: ſciūt enim pueri Poëtarum, muſis amatum, & ſacrum fuiſſe Heliconem, non Neptuno, ac eas ibi natas, altas, educataſque creditas fuiſſe. Helice autem & Æges, vrbes Peloponneſi, in quibus Neptunus colebatur. Idem Callimachus hymno in Delum.

> ---ἑλίκη τε ποσειδάωνος ἑταίρη
> βοῦρά τε.

Ouidius in Metamorph. *Heliceen & Buran Achaidis vrbes inuenies ſub aquis.* Stephanus, περὶ πόλεων. ἑλίκη πόλις πελοποννήσου. ὅμηρος. ὑδέτι εἰς ἑλίκην τε καὶ αἴγας. Idem author alibi. βοῦρα πόλις ἀχαΐας, citatque hunc Lycophronis verſum,

δήμητε βυβλίοισιν ἡγεμὼν στόλου.

Duo certiſſima hominis imperiti indicia, vnum ex Terentio, aliud ex Platone notatum.

CAP. V.

TAm verum eſt, quam quod veriſſimũ, quod de homine imperito, ait Terentius, eum ſcilicet, tam inique de ſuis aliorumque operibus iudicium ferre, *vt nihil niſi quod ipſe facit rectum putet*. Plato vero ignorantiam ideò maxime intolerabilem eſſe docet, quod qui nec probus ſit nec prudens, probitate tamen, & prudentia abunde cumulateque inſtructus eſſe ſibi videatur. αὐτὸ γὰρ τοῦτο, inquit in Sympoſio, χαλεπὸν ἀμαθία, τὸ μὴ ὄντα ἀγαθὸν μηδὲ φρόνιμον, δοκεῖν αὐτῷ εἶναι ἱκανόν.

Pag. H. S. 204. tom 3.

Iuuenem, ingenio & moribus ſenem ſe præſtare, pro magna laude haberi: & in id plurium Græcorum ſcriptorum authoritates.

CAP. VI.

SEnes quidem, & ætate prouectiores homines bis pueros fieri ſæpius contingit, ac ita de priſtino mentis ſtatu deijci, vt de ijs vero dici poſſit quod de ſe Anacreon prædicari vult.

γέρων τρίχας μέν ἐστι
τὰς δὲ φρενὰς νεάζει.

At iuuenem laudabili vitæ inſtituto, & probis moribus ita ſe ſe ad bonam frugem virtutemque componere, vt iuuenilibus etiamnum membris ſenile conſilium & mentem includere, & cum in graueſcentem ætatem attigerit, bis ſeneſcere merito exiſtimetur, vt perraro contingit, ita in ſumma

laude poſitum apud Græcos præſertim ſcriptores. Demoſthenes, ſeu quiſquis eſt ille, qui oratiūculæ, quæ paſſim Erotici nomine inter Demoſthenis opera circumfertur, author eſt, Epicratem ſuum plurimis iiſque præſtantiſſimis naturæ dotibus ornatum extollens, hanc inter præcipuas eius laudes collocat, οὐ μόνον οὐδὲν ἐξαμαρτάνεις, ἀλλὰ καὶ φρονιμώτερον ἢ κατὰ τὴν ὥραν ζῆν προῄρησαι, vt & ab Æſchylo Laſthenes is, qui vnam è ſeptem Thebarum portis, Amphiarai ἀνταγωνιστὴς tuebatur, ac propugnabat, laudatur hoc verſu.

γέροντα τὸν νοῦν, σάρκα δ᾽ ἡβῶσαν φέρει. *ἑπτ. ἐπὶ θήβ. pag. H.S.102.*

Et à Pindaro Demophilus quidam, diuerſa quidem verborum cortice, ſed eodem animi ſenſu.

κεῖνος γὰρ ἐν παισὶ νέος
ἐν δὲ βουλαῖς πρέσβυς. *Pyth. ode 4.*

Quod etiam de Arceſila curru victoriam adepto ab eius coætanis, non ſine honore & admiratione prædicari ſolitum ait idem author. -- ἄν-
δρα κεῖνον ἐπαινέοντι συνετοί· *Pyth. ode 5.*
λεγόμενον ἐρέω,
κρέσσονα γὰρ ἁλικίας
νόον φέρβεται.

Adde, ſi lubet, Iuliani Epigramma, in iuuenem ſenem præpoſtera morte ſublatum, quod ſic incipit.

ἄγριος ἐστὶ χάρων, πλέον ἤπιος, ἥρπασεν ἤδη
τὸν νέον, ἀλλὰ νόῳ τοῖς πολιοῖσιν ἴσον. *Lib. 3. Epigram. initio.*

Mirari autem iure quis poſſit, a Gellio tanquam rem nouam, & inauditam, & quæ prodigij longe maioris loco habēda ſit, narrari, quod in veteribus quibuſdam Græcis legiſſe ſe aſſerit, *In vltima quadam terra, quæ Albania dicitur, gigni homines, qui* *Lib. 9. noct. Att. c. 4.*

in pueritia caneſcant. Quaſi vero id de canitie, & acumine ingenij accipiendum non fuerit. O virum in re litteraria hoſpitem. Certum enim eſt illud Pindari,

> φυόνται κ̀ νέοις
> ἐν ἀνδράσι πολιαὶ θαμά
> καὶ παρὰ τὸν ἀλικίας
> ἐοικότα χρονόν.

Qua ratione intelligendum quoque eſt, quod ab eodem Gellio refertur de quibuſdam populis, qui binas pupillas habent in ſingulis oculis: nam id nihil aliud vult, quam eos tanta prudentia & ſagacitate in negotijs gerendis vſos, vt quadruplici quadam oculorum acie præditi viderentur: quales à Menandro dicuntur eſſe ij, qui eam, qua pollent ingenij bonitatem, litteris & liberalioribus diſciplinis diligenter excoluerunt.

> διπλοῦν ὁρῶσιν οἱ μαθόντες γράμματα.

Vt & tria corda habere ſe dicebat Ennius, quod Oſcè, Græce, & Latine loqui ſciret.

Emblema quoddam Alciati è Platone deſumptum.
CAP. VII.

INſulſi, & parum ſanæ mẽtis ſemper habiti ſunt ij, qui poſt exhalatam animam corpori ſenſum aliquem ſupereſſe exiſtimantes, cadauera ſua melle condiri volebant, quo mollius delicatiuſque in ſepulchris iacerent: ſed maiore dumtaxat cachinno explodendi, & ab hominum cœtu ac ſocietate eliminandi, qui mortuis & proſtratis hoſtibus inſultant, eos veſtibus ſpoliant, & denique probris aut verberibus, innocuos nihilque ſentientes afficiunt. Quod hominum genus tanquam effœminatum

natum

natum & nullius animi increpans Plato, ſimile canibus facit, qui lapides quidem ipſos quibus petuntur, audacter appetunt & ita falſa vltione verum dolorem vleiſcuntur, at proijcientem aggredi, & attingere non audent. ἀνελεύθερον δὲ δοκεῖ, inquit, καὶ φιλοχρήματον, νεκρὸν συλᾶν, καὶ γυναικείας καὶ σμικρᾶς διανοίας, τὸ πολέμιον νομίζειν τὸ σῶμα τοῦ τεθνεῶτος, ἀποπταμένου τοῦ ἐχθροῦ, λελοιπότος δὲ ᾧ ἐπολέμει. ἢ οἴει διάφορόν τι δρᾶν τοὺς τοῦτο ποιοῦντας τῶν κυνῶν, αἳ τοῖς λίθοις, οἷς ἂν βληθῶσι χαλεπαίνουσι, τοῦ βάλλοντος οὐχ ἁπτόμεναι. E quibus vltimis verbis Emblema quoddam ſuum, cui titulum, hunc indidit, *Alius peccat, alius plectitur*, vt & alia fere omnia quæ extant, ex variis melioris notæ authoribus, deprompſit, & apiculæ in morem decerpſit vir laudatiſſimus Alciatus: ita enim ille. *Lib. 5. de Republ.*

Arripit vt lapidem catulus, morſuque fatigat,
Nec percuſſori mutua damna facit.
Sic plerique ſinunt veros elabier hoſtes,
Et quos nulla grauat noxia dente petunt.

Quod numquam adnotaſſem, niſi & magni illius Iureconſulti memoriæ tantiſper gratulari hac ratione poſſe me cenſuiſſem, & in gratiam noſtratis illius aliquid dicendum duxiſſem, qui cum elegantibus ſcholiis Alciatum illuſtrarit, & omnium fere eius emblematum, εἰκόνας, ac cubilia ſagaci nare deprehenderit, hoc tamen, quo de agitur, cum pauciſſimis aliis innotatum reliquerit. Plurima vero ſunt apud bonos authores in eandem ſententiam quibus ridentur qui in mortuos, ſeu verbis, ſeu facto ſæuiunt. Quale illud Tireſiæ, apud Sophoclem, in Antigona, Creontem hortantis, vt

ne inſepultum iacere diutiùs Polynicem velit.

pag. H.S. 256. ----τίς ἀλκὴ τὸν θανόντ' ἐπικτανεῖν;

Quo pertinere videntur etiam hæc Euripidea ex eiuſdem nominis fabula, & ab eodem Tireſia idem ſuadente pronuntiata.

τίς γὰρ πετραῖον σκόπελον οὐτάζων δορὶ
ὀδύνησι δώσει, τίς δ' ἀτιμάσει νέκυν
εἰ μηδὲν αἰσθάνοιτο τῶν παθημάτων;

Harmoniam non Hermionem Cadmi coniugem fuiſſe: Menda de quodam Naſonis verſu ſublata. CAP. VIII.

MEnelaum ex Helena Hermionem ſuſcepiſſe quam Tyndarus auus maternus Oreſti deſponderat, cum iam eam pater ad Troianam expeditionem profectus, Pyrrho Achillis filio in coniugem ſubarrhaſſet, nemo paulo humanior ignorat & à Naſone illius cum Oreſte amores pulcherrima Epiſtola depictos fuiſſe. Lambinus tamen, ſuis in Amphitruonem Plautinam notis, ſiue memoria lapſus fuit, ſiue nominum ſimilitudine falſus, Hermionem facit Veneris & Martis filiam, & Cadmi Thebarum Regis vxorem. Nec verò eum errorem tanti momenti feciſſem vt eum obeliſco figendum, & his ſcriptis dignandum exiſtimaſſem niſi alium ſimilem Naſonianis his verſibus inſediſſe animaduertiſſem.

lib.3. de arte.

Ut taceam de te, quem nunc quoque luget, Adoni,
Vnde habet Æneã Hermionemq. Venus.

Legendum, *Harmoniam*: ſatis enim a Poetis decantatum eſt, è congreſſu Veneris cum Anchiſe natum Æneam, & ex alio eiuſdẽ cum Marte Har-

moniam, quæ Cadmo nupſit. Heſiodus in Theogonia.

----- αὐτὰρ ἄρηϊ
ῥινοτόρῳ κυθέρεια φόβον καὶ δῆμον ἔτικτεν·
ἁρμονίην θ' ἣν κάδμος ὑπέρθυμος θέτ' ἄκοιτιν.

Apud Pindarum dicuntur muſæ in nuptijs Cadmi ceciniſſe. *Pyth. ode* 3.

ὁπόθ' ἁρμονίαν γάμε βοῶπιν.

Euripides, Phœniſſis,

ἁρμονίας δέ ποτ' εἰς ὑμεναίους
ἦλθον οὐρανίδαι.

Fuit & alia huius nominis Harmonia Naïs quædam ex qua ortas Amazonas vult Apollonius in Argonauticis.

δὴ γὰρ καὶ γενεὴ ἔσαν ἄρεος ἁρμονίης τε
νύμφης ἥτ' ἄρηϊ φιλοπτολέμους τέκε κούρας· *Pag. H.S.* 113.

Innupta nuptia, vita innita, θάνατος ἀθάνατος, *Et alia quædam eiuſmodi.* CAP. IX.

CItatur a Tullio, libro tertio de Oratore, è vetere tragico hic verſus.

Qua tempeſtate Paris Helenam innuptis iunxit nuptijs.

In quem cum incidiſſet P. Victorius, dixit a Græco quidem videri ſibi adumbratum, ſed locum, quo coniecturam ſuam probaret, in promptu non habuit. Nos ei vicariam operam præſtabimus, & ab Euripide ὀξύμωρον illud profectum ac mutuatum oſtendemus, ita enim ille ἐν Ἑκάβῃ, de iiſdem nuptiis agens.

------ ἐπεί με
γᾶς ἐκ πατρῴας ἀπώλεσεν
ἐξῴκισέ τ' οἴκων γάμος ἄγαμος.

Aut certe à Sophocle qui inceſtum & nefarium Oedipi & Iocaſtæ matris coniugium eodem modo appellat, in Oedip. tyran.

Pag. H. S. 100. δικάζει (χρόνος) τὸν ἄγαμον γάμον πάλαι τεκνοῦντα καὶ τεκνούμενον.

Quæ quidem loquendi formula, vt non parum elegans eſt, ſiquidem ex contrariis conſtat, ita ſatis frequenter à Græcis vſurpatur: præſertim numeris aſtrictæ orationis ſcriptoribus. Ex quibus nonnullæ ſimiles tum a Victorio, tum a Turnebo, tū ab alijs diligenter animaduerſæ ſunt, queis alias quaſdam quæ huc vſque innotatæ latuerunt annectemus: multas igitur totis Æſchyli operibus ſcintillantium floſculorum inſtar inſperſas videre eſt vt in Prometheo, πόρος ἄπορος, πόλεμος ἀπόλεμος, Perſis, νᾶες ἄναες, χάρις ἄχαρις, Choëphoris, Eumenidibus παῖδες ἄπαιδες. & alibi. Apud Ariſtophanem, in Pluto, βίος ἀβίωτος. *Vitam non vitalem*, vertit Ennius, apud Ciceronē in Lælio. Et Attius, in Medea, *vitam inuitam*.

Fors dominatur inique, illi vita prope inuita eſt.

Scalia coniecit in Varr. Licet aliter placere viris doctis non ignorem: ſed vetus ea lectio ſua authoritate & fide me vel renitentem in ſuas partes trahit. Contrario quidem ſenſu, eadem tamen locutionis venuſtate dictum eſt ab Amphide comico, θάνατος ἀθάνατος·

θνητὸς ὁ βίος· ὀλίγος ὁ ἐπὶ γῆς χρόνος·
θάνατος δ' ἀθάνατος ἐστ' ἄν τις γ' ἅπαξ ἀποθάνοι.

Quæ à Catullo non κατὰ πόδας, ſed liberiore interpretatione expreſſa quis non iniuria exiſtimarit.

Nobis cum ſemel occidit breuis lux
Nox eſt perpetua vna dormienda.

Eiuſdem generis cum ſuperioribus eſt Varronianum illud, *Bellaria ea maxime mellita ſunt, quæ mellita nō ſunt.* Et Plautinum hoc in Aſinaria, quo loco adoleſcens à meretricibus fornice expulſus in eas inuehitur, *Apud Gell. lib. 13. c. 11.*

Nam mare haud mare eſt, vos mare acerrimum. *Sc. Siccine hoc fit.*

Forte ex his Euripideis.

δεινὴ μὲν ἀλκὴ κυμάτων θαλασσίας,
ἀλλ' οὐδ' ἐν οὔτω δεινὸν ὡς γυνὴ κακόν.

Accedit etiam ad eam venerem, *viridis ſenectus*, apud Virgilium, & ἱδρῶτες ξηροὶ, apud Platonem, & denique vetus hic iambicus à Plutarcho citatus, *Lib. 6. Æn.*

αἰδοῦς ἀχαλκεύτοισιν ἔζευκται πέδαις. *περὶ δυσωπ. Pag. H. S. 946.*

Antithetorum alia aliquot exempla.

CAP. X.

Tanta eſt in antithetis ſermonis vis atque efficacia, vt & ἐν ὀλίγῳ πολλὴν διάνοιαν ἤθροισθαι. Et ex oppoſitorum concurſu acrimoniæ & vrbanitatis plurimùm orationi conciliare ſoleāt. Vt exempla quæ proponam ſatis declarabūt. Prometheus apud Æſchylum cum ingētem vim malorum, atque cruciatuum, quibus torquebatur, indicare vellet, id vnica antitheſi potius quam integra ſuppliciorum aut dolorum ſuorum narratione, aut enumeratione facit.

ἀλλ' οὔτε σιγᾶν, ait, οὔτε μὴ σιγᾶν τύχας οἷόν τέ μοι τάσδ' ἐστίν. *Pag. H. S. 11.*

Quo etiam modo Euripides magnam dubitantis,

& ſibi ipſi reluctantis animi ἀμηχανίαν repreſentans, inquit.

Hecub. ὁδ' ὐ θέλων τε καὶ θέλων, οἴκτῳ κόρης,
τέμνει σιδήρῳ πνεύματος διαῤῥοάς.

Pyrrhus, ſcilicet, lubens, imò iuſſus, paternis manibus litabat ſanguine Polyxenæ, ea vero res adoleſcentem male habebat, quod virginem regia ſtirpe ortam, viro maturam, luculenta forma præditam, & in alios potius vſus reſeruandam iugularet, quaſi dicas, ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ. In eadem fabula infelix Hecuba infortuniorum in dies ingruentium multitudine & mole oppreſſa infit.

Homer.

τέθνηκ' ἔγωγε πρὶν θανεῖν κακῶν ὕπο.

Cui germanum eſt illud Terentij, *prudens ſciens, viuus videnſque, pereo.* Aliter dixit Cæcilius apud Gellium, *viuere mortuum inter viuos*, Forte ex illo Antiphanis, μετὰ ζώντων τεθνεὼς περιπατεῖ, ſublimius adhuc, & ἐμφατικώτερον Sophocles ait, eum qui voluptatibus vti neſciat, non viuere humanam hanc vitam, ſed animatum tantùm mortuum videri.

Lib. 2. c. 23.

ὐ τίθημ' ἐγὼ
ζῆν τοῦτον ἀλλ' ἔμψυχον ἡγοῦμαι νεκρόν.

In eiuſmodi gemmulis numeranda quoque eſt, & ſuo lepore æſtimanda feſtiuitas hæc Terentij in prologo Andriæ, *Faciunt ne intelligendo vt nihil intelligant*, quam quis non iudicarit ex huius Menandreæ prototypo effictam?

--- κἂν ἀνὴρ δοκῶν σοφὸς
ματαιός ἐστι καὶ φρονῶν ὐδὲν φρονεῖ.

Adde ſi lubet ex eiuſdem Eunucho, *Cum ratione inſanire*, Quod Græco etiam charactere notatum eſſe cenſendum eſt. Apollodorus enim comicus

multos ante annos pronuntiarat, eos homines qui cum diuitiarum ſuarum ope & auxilio benè beateque vitam degere queant, paupere tamen, & parco ſumptu eam traducunt, δυστυχεῖν σὺν τῇ τύχῃ. De Charonte dixit Horatius, vt eum rigidi & inexorabilis animi eſſe oſtenderet, *Vocatum atque non vocatum audire*, vt & de parca Philemon, Li. 2. Carm.

> νῦν δ' οὐ προσέχει μοῖρα μηδ' ἀποβλέπει
> ἐάν τε χωλῆς, ἐάν τε μή, πορεύεται.

Ita enim lego non vt vulgo χλαίνς. Et Thucydides ſcribit, Lacedæmoniis de belli quod Athenienſes parabant euentu oraculum ſciſcitantibus, Apollinē reſpondiſſe, βοηθήσειν αὐτὸν παρακαλούμενον καὶ ἀπαράκλητον Innumera alia ſimilia poſsē non modio, neq; trimodio coaceruare, vt ait ille: verū ipſo horreo. Sed nauſeam mouerent. Hoc tantum addā videri mihi eos loquendi modos ἐξ ἀντικειμένων conflatos, ſimillimos iis griphis, ſeu συμποτικοῖς ἀστείσμασιν, quæ antiquitus inter pocula, etiā præmio propoſito ſoluebantur, de quibus multa apud Athæneum libro primo, δειπνοσοφ, ſub finem.

De alia quadam Antithetorum ſpecie.
CAP. XI.

Ἀντιλογιῶν, quæ lumen orationi faciunt, quæque ſchematum loco habētur, non vnū genus eſt: aliæ enim verbis, aliæ ſenſu tantum conſtant, aliæ velut mixtæ, ex vtroque, componuntur. Mixtarum & earum quæ in verbis ſolum elucent, plura ſuperioribus capitibus exempla dedimus. Reſtat vt aliarum aliquod ſubiungamus. Apud Plautum, Truculento, Dinarchus meretriciis deli-

nimentis ac fraudibus illaqueatus. Phroneſio munuſculum expoſtulante, ait.

Lucrũ hercle videor mihi facere, voluptas mea,
Vbi quippiam me poſcis.

In quo præclara eſt, & non ſine aculeo Antitheſis: Pugnantia enim ſunt, & ex diametro oppoſita, lucrum fieri ab eo à quo aliquid poſtulatur, hoc ipſo quod poſtulatur. Ita Ptolemæus de munificentia & liberalitate regia loquens ſolebat dicere, ἄμεινον εἶναι πλουτίζειν ἢ πλουτεῖν. Eodem ſale & ſchemate, licet contrario plane ſenſu, Cyaxares apud Xenophontem cum res à Cyro nepote ſuo pręclare geſtas audiret, deuictos fugatoſque hoſtes, fines imperij longe lateque propagatos, & alia eiuſmodi, ex quibus non paruam voluptatis & lætitiæ occaſionem capere debebat, cũ ea & gloriæ & amplitudini eius augendæ plurimum poſſent: longe tamen alia ea de re animi ſui ſenſa eſſe declarat his verbis, τούτοις γὰρ, inquit, πλουτιζόμενος ὑπὸ σοῦ, καὶ μάλα αἰσθάνομαι ὅτι πενέστερος γίγνομαι. Quaſi dicat tantum honori, & authoritati ſuæ in ſubditos detrahi, quantum amor Cyri & fama creſceret, tum apud ſuos, tum apud exteros: aut certè, quod de Alexandro magno & Philippo eius patre narratur, tantum gloriæ ſuæ & virtuti eripi, quantum hoſtium Cyrus ſubiugaret.

Ap. Aelian. in var. hiſt. pag. 368.

Lib. 5. Cyr. pæd.

Locus Alcæi cum alio Plutarchi collatus.
Cap. XII.

SApientis eſt vires ſuas metiri, nec ita leuiter aut inconſideratè quibuſcumque negotiis implicare ſe, vt tandẽ pœnitendum ſit. Id profectò maxime apud te reputandum, te ſi ſemel alto commiſeris

miſeris, nõiam tuo, ſed fortunæ arbitrio eſſe redeũdum, & aditum quidem cuiuis patere, reditum vero incertum omnino & difficilem eſſe. Quod pulcherrima quadam allegoria iamdudum monuit nos Lyricorum Græcorum quiſpiam, nonnullos ridẽs, qui cum nauiculã ſereniore cœlo, voluptatis & terendi tantũ otij cauſa ingreſſi, littus, vt aiunt, radere tantum cogitarent, tempeſtate ex improuiſo oborta, ſenſim ita in altum prouecti eſſent, vt dolerent ſe inde incautos & imprudentes eductos, quo, licet velis & remis conarentur, reuerti amplius non poſſunt. Extat præclarum in id fragmentum ab Euſtathio Homeri commẽtatore citatum & Alcæo adſcriptum huiuſmodi.

ἐκ γᾶς χρὴ κατίδειν πλόον
εἴτις δύναιτο καὶ παλάμαν ἔχοι·
ἐπεὶ δὲ κἄν πόντῳ γένηται,
τῷ παρεόντι τρέχειν ἀνάγκα.

Plutarchus autem ſimili plane ratione in id hominum genus ludit, ἐν πολιτικ. παραγγελμ. qui cum publicis oneribus ferendis impares ſint, & adminiſtrandæ Reipub. parum idonei, facile tamen ad id gloriæ cupiditate, & honorum ſplendore ac blandiciis allecti impelluntur, aut certe caſu quodam & forte fortuna rebus ſeriis intricati ſpes ſuas ambitione, & inconſulti animi cæcitate ſero damnant. πολλοὶ δὲ, inquit, ἀπὸ τῆς τύχης ἀψάμενοι τῶν κοινῶν καὶ ἀναπλησθέντες οὐκέτι ῥᾳδίως ἀπελθεῖν δύνανται· ταὐτὸ τοῖς ἐμβᾶσιν εἰς πλοῖον αἰώρας χάριν, εἶτα ἀποσπασθεῖσιν εἰς πέλαγος, πεπονθότες, ἔξω βλέπουσι ναυτιῶντες καὶ ταραττόμενοι, μένειν δὲ καὶ χρῆσθαι τοῖς παροῦσιν ἀνάγκην ἔχοντες. Ita vt aut idem vtrique authori in mentem

veniſſe cenſendum ſit, aut quod veriſimilius eſt, eam comparationem qua vtitur Plutarchus, quæque rei illi exponendæ aptiſſima eſt, ab Alcæo eſſe mutuatam. Etenim eodem loco referuntur a Plutarcho verſiculi quatuor, qui cum eadem cum ſuperioribus metri lege ſcripti ſint, & eundem genium ſapiant, videntur etiam non male cum iis conuenire, ſi eos præpoſueris.

λευκᾶς καθύπερθε γαλάνας
ἐυπρόσωποι σφᾶς παρήισαν
ἔρωτες ναΐας κλαΐδος
χαράξει πόντω δαιμονίαν ἐς ὕβριν.

Tardum quoque nonnumquam eſſe pœnitere docet Satyrographus, ſub diuerſa quidem, ſed non minus eleganti metaphora.

---Tecum prius ergo voluta
Hæc animo ante tubas, galeatum ſero duelli
Pœnitet.

Verſus Æſchyli in Prometheo explicati & illuſtrati. Cap. XIII.

NON alienum & indignum his ſtudiis fuerit, ſciſcitari, cur Prometheus apud Æſchylum, ἐν δεσμώτῃ, matrem ſuam Themidem, ſeu Tellurem, multorum nominum vnicam eamdemque formam, velut cum elogio appellet.

ἐμοὶ δὲ μήτηρ ὀυχ ἅπαξ μόνον θέμις
καὶ γαῖα πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία, &c.

Quidpiam enim μυστηριῶδες eo loco latere credendum eſt, quod ſic explico. Antiquos ſcilicet ſuperſtitioſa quadam opinione ductos exiſtimaſſe Deos illos ſuos longa & multiplici nominum ſerie gaudere, ſiue id ad maiorem laudem & gloriam

faceret, ſiue ad pinguiorem prouentum aliquid prodeſſet, more ambitioſorum hominum, qui prægrandibus nominibus delectantur, & quæ implendis quatuor ceris vix ſufficiant: vnde Callimachus Dianam has preces Ioui patri fundentem inducit.

δός μοι παρθενίην αἰώνιον ἄππα φυλάσσειν
δός πολυωνυμίην·

Et Thebanarum fœminarum chorus, in Sophoclis Antigona, infauſtis & dirum quid portendentib. Tireſiæ vaticiniis perterritus Bacchum inuocat, & vt eum in ſua vota propenſiorem reddat, ita quaſi ſubblandiens aggreditur.

πολυώνυμε, καδμείας
νύμφας ἄγαλμα·

Cleanthes hymno in Iouem.

κύδιστ᾽ ἀθανάτων, πολυώνυμε, παγκρατὲς αἰεί
χαῖρε.

Et idem Callimachus Apollinē vocat, πολύβωμον, πολύπτολιν, & ſubiungit, πάντη δέ τοι οὔνομα πουλύ. Quod & imitati quandoque ſunt Latini Poetæ, Virgilius. *Tibi nomina mille, mille nocendi* 7. *Aen.* *artes*. Quæ omnia eo quo dixi modo interpretanda ac intelligenda eſſe quis neget, cum illam ipſam vanitatem, & inane in quærendis captandiſque multis nominibus ſtudium in Dijs illis ſuis aperte rideat Ariſtophanes, hoc verſu.

ὡς ἀγαθὸν ἐστ᾽ ἐπωνυμίας πολλὰς ἔχειν.

Vt autem vnda trudit vndam, ex illa nominum multitudine natus eſt alius error, quo fiebat, vt meticuloſi ac religioſi plurimùm eſſent veteres in cōpellendis proprio & grato nomine Dijs, ſiquidem verebantur ne in tanta nominum varietate, vnum

pro alio inepte ſumerent, aut meliori omiſſo, quod minus efficax eſſet, vſurparent. Cui errori vt obuiam irent, & ea ſe animi anxietate ac formidine liberarent, plurima ſolebant in vnum congerere, precarique Deos ſuos, vt è multis illud eligerent, quod ſibi acceptius foret. Horatius in carmine ſeculari.

Lenis Ilithyia tuere matres,
Siue tu Lucina probas vocari,
Seu Genialis.

Lycophron in Alexandra, de Marte.

Καιδαῖος, ἢ Μάμερτος, ἢ τί χρὴ καλεῖν.

Turneb. aduerſ. lib. 11. c. 19. Victor. lib. 12. c. 2. Var. lect.

Quin & alia præclara Platonis, Æſchyli, & Euripidis in hanc rem teſtimonia notant Turnebus, & Victorius, quos ſi vacat, vide.

Reſtituta vox Sophoclis apud Athenæum, & Stobæum, qua ille Euripidis ἀμισογυνίαν notabat. Cap. XIIII.

INſenſiſſimus mulierum oſor vulgo Athenis habitus eſt Euripides, tum quod ab earum conſortio, & conſuetudine, quantum poſſet, abſtineret, tum quod in illas dentem perpetuò ſtringere, ac verſib⁹ ſuis acerrime inuehi animaduerſus fuiſſet, ideoque ab omnibus vocabatur μισογύνης. Sophocles tamen, ſiue quod rem aliter habere comperiſſet, ſiue, vt probabile eſt, inuidia quadam & æmulatione in artis ſuæ hominem ductus, aliter de Euripide ſentiendum pronunciauit: cum enim quempiam, inueteratum id in fœminas odiū prædicantem & laudantem audiſſet, acri ſcommate reſpondit, Euripidem fœminas quidem odiſſe & inſectari in choro, ſed amare & ſectari in thoro.

Hic enim eſt germanus & optimus horum Athenæi verborum ſenſus. εἰπόντος Σοφοκλεῖ τινός, ὅτι μισογύνης ἦν Εὐριπίδης. ἔν γε ταῖς τραγῳδίαις, ἔφη ὁ Σοφοκλῆς, ἐπεὶ ἔν γε τῇ κλίνῃ. *Lib. 12. δειπνοσοφ.* In quibus quis non videt venuſtatẽ omnem ioci, imo iocum ipſum perire ſublata particula negatiua, quæ in vltimo commate deſideratur, quæque in vulgaribus impreſſis omittitur? Et hanc quidem coniecturam meam non ſolum ipſa neceſſitate ſenſus firmari verum etiam aliis Sereni verbis, quæ à Stobæo referuntur, iuuari gaudeo, ſic ille. περὶ Εὐριπίδου τὶς ἔλεγεν, ὅτι, μισογύνης εἴη' καὶ ὁ σοφοκλῆς, ἀλλ' οὐκ ἔν γε τῇ κλίνῃ. *Serm. περὶ ἀνολασ.* At mancum hic quoque eſſe, & mutilum dictum Sophoclis, καὶ τυφλῷ δῆλον. Itaque addendum, ἐν ταῖς μὲν τραγῳδίαις, ἀλλ' οὐκ ἔν γε τῇ κλίνῃ. Vt partim ex Serino Athenæus, partim ex Athenæo Serinus reſtituatur. Supra citatum Athænei locum proxime ſequitur ingẽs quædam lacuna, ſed Chironium id vlcus eſt, quod χεῖρας θεῶν deſiderat.

Inſolens & parum vſitata vocis ῥυθμὸς *ſignificatio, & Homerici cuiuſdam verſus tentata correctio.* Cap. XV.

QVod vſuuenire ſolet iis, qui poſt iurgia, & longas contentionũ ambages, in gratiá tandem redeunt, vt ſe ſe mutuis pollicitationibus, officiis, ac etiam muneribus inuicem deuincire conentur, tanquam fortiori deinceps atque arctiori vinculo amicitiam prius labantem firmaturi: id feciſſe Apollinem & Mercurium, poſt magnas de furto boũ diſceptationes ac diſſidia, innuit Home-

rus, ſub finem hymni εἰς ἑρμῆν: Nam ſtatim atque Mercurium promittentem Appollini induxit, nihil ſe, quod ad eum pertinere ſciret, ſubrepturum, neque ad Pythium templum amplius acceſſurum, ſubdit,

--- ἀυτὰρ Ἀπόλλων
Λητοΐδης κατένευσεν ἐπ' ἀρθμῷ καὶ φιλότητι,
μήτινα φίλτερον ἄλλον ἐν ἀθανάτοισιν ἔσεσθαι.

In quibus ſuſpectum mihi ſemper de menda fuit τὸ ἀρθμῷ, cum nullam omnino ſignificationem habeat, quæ ibi recte quadret, niſi forte quis velit Poëtam, ex Pythagoreorum ſcito & doctrina, numerum eo loco, ἀντὶ τοῦ νοῦ, & pro ipſa voluntate accipere. Quod tamen parum aut nihil prodeſſet. Itaque legendum arbitror, ἐπὶ ῥυθμῷ φιλότητος, id eſt, Annuit Apollo mutua quadam & reciproca amicitia, Græcè meliùs, ἐπί τινι ἁρμονίᾳ ἢ κράσει, καὶ συμμετρίᾳ φιλότητος. Rhythmus enim apud muſicos, cum ſit illa æquabilis concinnitas, quæ ex veloci & tardo, vt & Harmonia ex acuto & graui prius inter ſe diſcrepantibus, & tandem in vnum coaleſcentibus procedit, vt apud Platonem docet Eriximachus, opportunè admodum id vocabulum traduci poſſe videtur ad eum mutuæ beneuolentiæ concentum ac conſenſum, & diſſidentium prius animorum reconciliationem, ὁμόνοιαν, καὶ ἁρμονίαν, ἢ ὁμολογίαν, quam inter duos illos Deos contigiſſe vult Homerus. In eadem fere acceptione ſumitur ῥυθμὸς apud Theocritum, βάκχαις,

In Sympoſ. pag. H. S. 186. & 187. tom. 3.

ἰνὼ δ' ἀυτᾶς ἔρρηξε σὺν ὠμοπλάτᾳ μέγαν ὦμον
λὰξ ἐπὶ γαστέρα βᾶσα, καὶ ἀυτονόα ῥυθμὸς ὠυτός

Et apud Euripidem, in Cyclope,

--- φῶτε συμμάρψας δύο
ἔσφαξ' ἑταίρων τῶν ἐμῶν ῥυθμῷ τινί.

Vides enim vtrobique ῥυθμὸν impetum ſignificare, aut certum potius quemdam impetus tenorem, & conſonantiam, Autonoæ nimirum, in dilaniando Pentheo, & Cyclopis, in allidendis ad ſaxa, & comminuendis duobus è ſociis Vlyſſis. Cuiuſmodi eſſe poſſet apud fabros ferrarios in mallei percuſſione ex proportionata ictuum ſuper incudem alternantium poſitione ad eorumdem ſublationem, & in digitorum crepitu ſeu micatione, ſymphonia; vel certè modulus ille oſſium aut conchyliorum inter ſaltandum colliſorum, veteribus olim, etiamnum hodie Hiſpanis vſitatus: Aut denique mira geſticulatio ſaltantis ſciſſoris, & ad ſymphoniam obſonia lacerántis, apud Petronium, in ſatyrico.

Quis bene imperare poſſit? CAP. XVI.

SOluit hanc quæſtionem Tullius libro tertio de Legibus, his verbis, *qui bene imperat, parnerit aliquando neceſſe eſt, & qui modeſte paret, videtur, qui aliquãdo imperet, dignus eſſe.* Quod ex præclara illa Solonis gnome adumbratum opinor, qua monebat eos, qui ad Remp. capeſcẽdã volunt accedere, vt quod eſt in parœmia, prius remos agere diſcant, quam clauo manũ adhibere. ἄρχε πρῶτον μαθὼν ἄρχεσθαι· ἄρχεσθαι γὰρ μαθὼν, ἄρχειν ἐπιστήσει. Adſtipulatur alicubi Plato, ὁ μὴ δουλεύσας, οὐδ' ἂν δεσπότης γένοιτο ἄξιος ἐπαίνου. Id vero imperium, ac πειθαρχία, aut herile dominium, non tam intelligendum eſt de eo quod in alios iure gentium, aut ciuili nobis conceſſum eſt

Lib. 6. de legib.

quam de eo, quod in nos metipſos, rationi tanquã dominæ noſtra omnia ſubiicientes, perpetuo vſurpare debemus. vt ipſe Tullius alibi explicat, *neque enim*, inquit, *exercitum poteſt continere imperator qui ſe ipſe non continet*. Ex hoc, vt putarim Platonis. καὶ ἑαυτοῦ ὢν ἀκράτωρ, ἄλλων ἐπιχειρήσει ἄρχειν; Et adhuc fuſius in Paradoxis. *Refrænet primum libidines, ſpernat voluptates, iracũdiã teneat, coërceat auaritiam, tum incipiet aliis imperare, cum ipſe improbiſſimis dominis, dedecori & turpitudini ſeruire deſierit*. Ex quibus hæc ſua concinnaſſe videtur Plutarchus opuſculo in imperitum ducem. ὠ παραπλησίως τ ἄρχοντα πρῶτον ἀρχὴν δεῖ κτησάμενον ἐν ἑαυτῷ καὶ κατευθύναντα τὴν ψυχὴν, καὶ καταστησάμενον τὸ ἦθος, οὕτω συναρμόττειν, τὸ ὑπήκοον οὔ τε γὰρ πίπτοντος τρέχειν, ἢ τάττειν ἀτακτοῦντος, ἢ ἄρχειν μὴ ἀρχομένου·

Lib. 9. de Repub.

Diuerſa duæ Catulli à Scaligeri intellectu explanationes. CAP. XVII.

POëta Veronenſis, Odario, quod Hymenæi nomine, titulo materiam ſatis indicãte, inſigniuit, inter cætera ſuauiſſimi Dei elogia, hoc quoque non minimun ponit, verſo ad eum ſermone.

Nulla quit ſine te domus
Liberos dare, nec parens
Stirpe iungier. At poteſt
Te volente.

Quæ vltima verba, Muſarum ἱερὸν ἔρνος, Ioſephus Scaliger, ſuis in Catullum caſtigationibus, ſic intelligenda putat, vt velit Catullus, parentes ex non iuſto coniugio non poſſe ſtirpe iungi, hoc eſt non poſſe ad liberos ex illegitimo toro ſuſceptos

hære-

hæreditatem tranſmittere, quod eiuſmodi liberi peregrinæ conditionis habeantur, vt è contrario dominium rerum hæreditariarum continuari potius videtur in perſona ſuorum hæredum quam iure ſucceſſiuo deferri. At pace tanti viri dictum ſit, alia mens ni valde fallor, Catulli fuit, & de iure ſanguinis potius, vt loquuntur noſtri, quam de iure hæreditatis interpretandus ille locus, vt dicat Catullus, parentes ſtirpe iungi non poſſe ſine hymenæo & tædis iugalibus, id eſt, non rite peractis nuptiarum ſolemnibus, nec maritum nec vxorem, nec liberos, nec dotem, nec matrimonium intelligi. Siquidem certiſſimi iuris eſt ex impuro & illicito concubitu natos, communes parentes appellare non poſſe, vt dicitur de eo qui ex libera & ſeruo, aut ex adultera matre cõceptus eſt: iubet enim lex eum tanquam vulgo quæſitum, & ἀπάτορα ſeu ſpurium haberi, quod ei licet certus ſit pater, is tamen ſit, qui iuſtus pater eſſe non poteſt. μηδὲν ἠδικηκότες, καὶ ἄθλιοι παῖδες, ait Philo Iudæus, μηδετέρῳ γένει προσνεμηθῆναι δυνάμενοι, μηδὲ τῷ τοῦ γήμαντος, μηδὲ τῷ τοῦ μοιχοῦ. Stirpe igitur non iunguntur parentes qui διὰ τὴν ἀνόμιμον μίξιν in poteſtate liberos non habent, & quod magis eſt, eos nullo conſanguinitatis iure attingũt. quod ſi eueniret, vt ex inſitiua degenerique ſtirpe procedẽs aliquis, pro legitimo ſuppoſitus in alienæ familiæ agnationem introduceretur, ac hæreditatis nihil ad ſe pertinentis particeps fieret: inde fieret, vt is communis quidem viro & vxori foret quoad ius ſucceſſionis, ſed non item quoad ius ſanguinis: Quia queadmodum ius ſanguinis, cum reuera ineſt, nullo iure ciuili, nulla

que hominum lege aut opinione tolli, aut dirimi poteſt, ita ſi non exiſtat, nullo poſtliminij iure, nulla iuris fictione poteſt ſuppleri. Alio etiam modo venit explicãdus ille Catulli locus, nimirũ ſine hymenæo, hoc eſt ſine eo numine, quod ſuſcipiẽdis liberis præeſt, habere nõ poſſe parentes communia illa pignora, quæ firmandæ inter eos amicitiæ plurimum valent: magnum enim amoris coagulum eſt, & arctiſſimus coniugalis affectionis ac indiuiduæ illius ſocietatis nodus, *συνδεσμὸν* vocat Ariſtoteles, procreatio liberorum: vnde fit vt *ἄτεκνοι* facile diſſideant, diuortantque, vt is qui primus Romæ vxorem bona gratia, quod parere non poſſet, betere foras iuſſit. Adprimè in hanc rem, Iuuenalis.

Sat. 11. ſub finem.

Interea tormentum ingens nubentibus hæret,
Quod nequeunt parere, & partu retinere maritos.

Hecyr. Act. 4. Sc. 1.

Et apud Terentium Phidippus ægrè ferens cœlatum ſibi filiæ partum, ob idque vxorem increpans.

Adeòne pervicaci eſſe animo, vt puerum præoptares perire,
Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam poſthac ſcires.

Quem in ſenſum videtur meliùs conuenire verbum, *vincier*, quod Scaliger in manu ſcripto & priſcis editionib⁹ animaduertit, quã illud, *iungier*, quod in recentioribus obtinuit, cùm *ἐνεργητικώτερον* ſit: eo etiam aptiſſimè vtitur Claudianus in Epithalamio Palladij & Serenæ, de eodem hymæneo agens.

Nullum vinxiſſe cubile
Hoc ſine, nec prim. as fas eſt attollere tædas.

Itaque aut hanc, aut illam, & demum ex vtraque, quæ tibi magis arriſerit, Catulliani verſus interpretationem elige.

Illuſtrati ex Aſinaria Plauti verſus.
CAP. XVIII.

PErelegantí ſimilitudine vtitur Cleæreta Lena, apud Plautum, vt meretricias omnes illecebras & delinimenta ineſcandis, emungendiſque adoleſcentibus comparata eſſe oſtendat. Ait enim illa Argyrippum alloquens.

Non tu ſcis? hic noſter queſtus aucupij ſimillimuſt.
Auceps quando concinnauit aream, offundit cibum,
Aues aſſueſcunt, neceſſe eſt facere ſumptum, qui quærit lucrum.
Sæpe edunt, ſemel ſi ſunt captæ, rem ſoluunt aucupi.
Itidem hic apud nos: ædis nobis area eſt, auceps ſum ego,
Eſca eſt meretrix, lectus illix eſt, amatores aues.

Xenophon vero Socratem inducens, ἐν ἀπομνημονεύμασι, cum Theodota meretrice ſermonem habentem, quærentemque ab ea, quas facultates, quæ prædia, quoſque reditus annuos poſſideret, Reſponſum id accipere facit, illi ſolos amatores eſſe τὰ πάντα, Tum ſubiungere, idem plane ſuis artibus ſcortum moliri, quod araneæ ſolent, quæ telarum ſubtilium textura venantur ad victum ſibi neceſſaria, & his demum muſciculis veſcuntur, quę incaute aduolantes, ſe ſe earum caſſibus & tendiculis inuoluunt, tum denique eam artis venatoriæ,

& laqueorum feris captandis inuentorum comparationem pluribus perſequi, tandemque præclara antapodoſi, quæ retia, quas inſidias, quos canes, quas pedicas irretiendis aucupandiſque diuitibus amatorculis adhibeant meretriculæ, his verbis docere: τίνι οὖν, ἔφη Θεοδότη, τοιούτῳ δικτύῳ φίλους ἂν ἐγὼ θηρῴην; ἐὰν νὴ Δί', ἔφη ὁ Σωκράτης, ἀντὶ κυνὸς κτήσῃ ὅστις σοι ἰχνεύων μὲν τοὺς φιλοκάλους καὶ πλουσίους εὑρήσει, εὑρὼν δὲ μηχανήσεται ὅπως ἐμβάλῃ αὐτοὺς εἰς τὰ σὰ δίκτυα. καὶ ποῖα, ἔφη, ἐγὼ δίκτυα ἔχω; ἓν μὲν δήπου ἔφη, καὶ μάλα εὖ περιπλεκόμενον τὸ σῶμα, ἐν δὲ τούτῳ ψυχὴν ᾗ καταμανθάνεις καὶ ὡς ἂν ἐμβλέπουσα χαρίζοιο καὶ ὅτι ἂν λέγουσα εὐφραίνοις; Et alia multa quæ ibi in eam rem fuſius diſſeruntur. Opinor autem facta pulcherrimorum huiuſmodi locorum comparatione, & veterum authorum ingenium ſolertiamque mag is elucere, & facilem compendioſamque ſtudioſis hominibus ad eos imitãdos viam aperiri.

Theocriti ἐν ἁλιεῦσι *verſus emendati, & explicati.* CAP. XIX.

EIdyllium ſcripſit Theocritus, in quo duo piſcatores rerum omniũ tam egentes, vt ne quidem ollam coquẽdis & parandis cibis, nec canem ſeruandis veſtibus ac retibus haberent, finguntur de nocte in lectulo herbis tantum & folijs ſtrato iacentes colloqui, & eorum alter cum dixiſſet, vanos eos omnes videri qui breuiores æſtate noctes, dieſque longiores putant, Addere, mille iam inſomnia ſibi ob oculos obuerſata, nec dum tamen

Auroram obortam, tum velut indignabundus ſubijcere.

-- τί τὸ χρῆμα χρόνον δ' αἱ νύκτες ἔχοντι;

Ita quidem in omnibus impreſſis libris, ſed male, Legendum enim eſt, τί τὸ χρῆμα χρόνου ταὶ. ν. ε. quid hoc? vt tantum temporis habeant hæ noctes? ſic apud Ariſtophanem.

ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ὅσον
ἀπέρατον, οὐ ποθ' ἡ μέρα γενήσεται;

Et apud Xenophontem σφενδονητῶν πάμπολύ τι χρῆμα, vbi χρῆμα ſumitur ἀντὶ τοῦ μεγέθους καὶ θαύματος. Illud Theocriti hemiſtichium proxime ſequuntur hæc.

ἀσφαλίων μέμφη τὶ καλὸν θέρος· οὐ γὰρ ὁ καιρὸς
αὐτομάτως παρέβα τὸν ἑὸν δρόμον.

ὕπνου ἔλκος, ſub nomine, ἀσφαλίων, neque enim eo vnum ex illis piſcatoribus cõpellari exiſtimo, nec vero excuti mihi poteſt, quin melior & commodior fuerit hæc lectio, ὥς γ' ἄλλον μέμφη τὸ καλὸν θέρος, vt alius reſpondens, & quaſi ſocium obiurgãs dicat ab eo fruſtra & inepte æſtatem accuſari, cum fortuito aut temerè tẽpus curſum ſuum non peragat, ſed incuſandas potius eſſe curas & ſollicitudines, quæ ſomnum fugantes lõgam illi noctem videri facerent. Quia nimirum ægris hominibus, & aliqua de re nimium ſollicitis quælibet nox nimis longa eſt & moleſta, Horatius.

Vt nox longa, quibus mentitur amica, dieſque
Longa videtur opus debentibus, & piger annus
Pupillis, quos dura premit cuſtodia matrum.

Apollodorus, in Galatis.

τοῖς γὰρ λυπουμένοις τε καὶ μεριμνῶσιν
ἅπασα νὺξ ἔοικε φαίνεσθαι μακρά.

Id circo etiam forte miſer Theocriti piſcator de noctis longitudine conqueritur, quod incœnatus de cumberet, vt ille apud Alexidem.

ὡς ἐστὶ κατακεῖσθαι πρὸ δείπνου συμφορά·
ὕπνος με γὰρ δήπουθεν οὐδαμῶς λάβοι.

Quod ad illam emendationem attinet, ἅλιον eo loco nihil aliud eſt, quam ματαίως, ἀπροσκέπτως vt apud Homerum, ἐπεὶ ῥάλιον στιβαρῆς ἀπὸ χειρὸς ὄρουσεν. Et alibi, ἅλιος μῦθος, pro inani & fallaci, ἅλιον βέλος, ἁλίη ὁδός. & vt nihil, quod explicando Theocrito conducat, omittamus, id etiam monendum fuit, perperam Latinos verſores τὸ αὐτομάτως interpretari (*ſponte,*) Scitum enim eſt αὐτόματον apud Philoſophos pro fortuna ſeu caſu fortuito accipi, vt videre eſt apud Ariſtotelem in Phyſicis,

De alio eiuſdem Authoris in eodem Eidyllio verſu diſputatum, & vetus lectio contra viri docti opinionem probata.

Cap. XX.

SVperiores Theocriti verſus non ita valde erant intricati, qui ſequuntur, in eodem Eidyllio, plus paulo, opinor, difficultatis habent.

ἄλλως καὶ σχολή ἐστι. τί γὰρ ποιεῖν ἂν ἔχοι τις
χειμῶνος ἐν φύλλοις, ποτὶ κύματι, μηδὲ καθεύδων
ἄσμενος ἐν ῥάμνῳ· τόδε λύχνιον ἐν πρυτανείῳ.
φαντὶ γὰρ αἰὲν ἄγραν τόδ᾽ ἔχειν.

Locus enim non parum obſcurus eſt, propter illud λύχνιον, quod multis huc vſque faceſſiuit negotium. Totus aureus Auratus, e cuius ſinu, tanquã ex equo Troiano, meri in re litteraria principes ex-

ierunt, corrupte legi id vocabulum cenſuit, & eius loco, δείπνιον, ſubſtituit, vt hoc velit piſcator. Nobis licet garrire per otium: quid enim aliud ageremus, cum non molliter cubemus hic, velut inter ſpinas, cum etiam paratum ſemper nobis ſit prandium, quaſi viueremus in Prytanæo. Aiunt enim nobis piſcatoribus eſſe promptum & paratũ prandium. Hæc Auratus: ſed aliena plurimum, ac diſtantia à Syracuſani Poëtæ mente: quidpiam enim aliud ſubolent verba illa, quibus interpretandis ac explicandis, cum aliquot abhinc annis operam nauarem, putabam quidem, cum Aurato, vulgarem eam lectionem menda laborare, ſed δίκτυον potius, quam δείπνιον reponi volebam, & hunc ſenſum ex illis Theocriti verſibus, qui & conciſè admodum, & ſubobſcure, vt in eclogis ſolet, concepti ſunt, elici commode poſſe iudicabam. Liberè, cum iam per otium liceat, garriamus, quid enim aliud agendum nobis, qui ſuper foliis, velut inter ſpinas, & propter cachinnantes fluctus, iacentes ſomno indulgere non poſſumus, nec vero operari, cum dies adhuc non ſit. Alioquin omnem luſuri ſimus operam, cum licet interdiu rete mittamus in mare, non continuo, neque ſemper prædam capiat, vt ſolet illud, quod eſt in prytanæo, vbi homines ius dicunt, qui retia ſua numquam inania, & ſine præda domum referunt. Quæ omnia à piſcatore, ſub ijs verborum inuolucris, exiſtimabam facile poſſe intelligi, & Prytanæum, pro Heliæa, Lycæo, Areopago, ſeu quocumque alio foro, & curia Athenienſi accipi. Scitum enim eſt, frequenter ſatis apud bonos authores, retia & piſcationem μεταφορικῶς ad lucra quæcumque traduci, vt in

Digitized by Google

Trochaicis, quos Solon in eos ſcripſiſſe dicitur, à quibus parum ſanus vulgo putabatur, quod tyrannidem ſibi a ſuis ciuibus, velut prædam, oblatam, & in ſua retia immiſſam reieciſſet.

> περιβαλὼν δ᾽ ἄγραν ἀγρευτὴς οὐκ ἀνέσπασε μέγα
> δίκτυον θυμοῦ δ᾽ ἁμαρτὼν καὶ φρενῶν ἀποσφαλείς.

Et in apologo Æſopico, de piſcatore aquam verberante, vt ea turbata incauti piſces ſaltuatim fugientes in proxima retia facilius prolaberentur. Itaque eo ſcomate Athenienſes peti exiſtimabam quos, vel ex Ariſtophane, qui Veſpis, ſub perſona Philocleonis, tanquam φιλοδίκους & φιληλιαστὰς eos carpit, quæſtuum qui ex iudiciis proueniebãt, auidiſſimos atque ſolertiſſimos captatores fuiſſe conſtat. Eo vero lubentius in eam conjecturam ferebar, quod annotaſſem, nonnullas ſimultates, & priuata quædam odia inter Athenienſes, & vicinorum ſuorum plurimos interceſſiſſe, vt de Megarenſibus legitur, quibus cum tam male conueniebant, vt qui Megaris ciuis eſſet, ſi intuliſſe Athenas pedem prehenſus eſſet, ea res ei homini capitalis eſſet, vt refert Gellius: ſed neque Siculi ipſi, licet mari interiecto & multis millibus ſemoti, ab eo diſſidiorum igne integri intacti ve remanſerunt, ex quo hæ veluti ſcintillæ reſtarunt. Vt Siculi ab Athenienſibus tanquam libidinoſi & cupediarum nimium amantes exploderentur, vnde σικελικαὶ τράπεζαι. Et è contrario Athenienſes a Siculis ſordium ac tenuis victus arguerentur, quod vel ex ipſo Theocrito notum eſt: is enim gentis ſuæ partes ſecutus, paſſim in Athenienſes inuehitur, vt

νομεῦσι, δαῖμον χαλκοχεράσμονα vocat, & in Cyniſca, barbam promiſſã, & incultos implexoſque crines ridet, quales Athenienſium erant, vt plurimum, præſertim Philoſophorum, & Platonem appellat πυθαγορικτὴν ὠχρὸν ἀνυπόδητον, ac polentam pranſitantem, quia cum in Siciliam, & magnam Italiam veniſſet, non potuit frugi ac temperans vir, immoderatum epularum Sicularum luxum ferre, vt ipſe de ſe in quadam Epiſtola teſtatur. ταύτην δὴ τὴν διάνοιαν, ait, ἔχων, εἰς ἰταλίαν τε καὶ σικελίαν ἦλθον, ὅτε πρῶτον ἀφικόμην· ἐλθόντα δὲ ὁ ταύτῃ βίος οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἤρεσε. Hæc ego tanquam per ſomnium in aſperi ac difficilis obicis explanatione meditabar, & non multum a ſcopo aberrare cogitabam. Re tamen accuratius perpenſa cumque in quemdam, quem modò ſubijciam, Athenæi locum incidiſſem, qui veteri lectioni retinendæ plurimum inſeruit, factum eſt, vt lubens volenſque a prima illa mente diſceſſionem facerem, ſic Athæneus. εὐφορίων δ' ἐν ἱστορικοῖς ὑπομνήμασι, διονύσιον, φησὶ, τὸν νεώτερον σικελίας τύραννον, ταραντίνοις ἐς τὸ πρυτανεῖον ἀναθεῖναι λυχνεῖον δυνάμενον καίειν τοσούτους λύχνους, ὅσος ὁ τῶν ἡμερῶν ἐστὶν ἀριθμὸς εἰς τὸν ἐνιαυτόν. Nihil igitur in Theocrito mutandum, ſed cum, ad illam lucernam πολύμυξον, quæque forte ad imitationem ἀσβέστου illius, quæ in tẽplo Iouis Hammonij, teſte Plutarcho, aſſeruabatur, inuenta fuerat & in Prytanæo Tarentino collocata, reſpexiſſe, ac pulcherrimè alluſiſſe exiſtimandum eſt. Quaſi diceret, diem non ſemper lucere hominibus, vt eam lucernam, quæ in Prytanæo eſt, quamque ſuam ſemper prædam habere aiunt, hoc eſt, tot ellych-

niis conſtare, ac viciſſim renouari, quot in anno ſunt dies. Hanc vero interpretationem, & communis lectionis confirmationem eo lubentius arripui, quod a viro magno, & de hoc litterarum genere meritiſſimo, Caſaubono comprobatam, notatamque reſciuerim, ſuis in Athenæum commẽtariis. Quamuis, vt id etiam dicam, non video, quam conuenienter loqui potuerit Theocritus de lucerna à Dionyſio iuniore in prytanæum Tarentinum illata, cum eum ſub Hierone iuniore vixiſſe, ac floruiſſe certum ſit, nimirum circa centeſimam ac viceſimam Olympiadem, multo ante tẽpora Dionyſij iunioris. Itaque vereor ne in Athenæo legendum ſit, ἱέρωνα & συρακούσαις, potius quàm διονύσιον, & ταραντίνοις, ſed de hoc viderint alij.

Quid ſit perfluere, quid diffluere, apud Terentium. CAP. XX.

Eunuch. Ct. 1. ſc. 2.

QVod apud Terentium Phædria promittens Thaidi ſe perpetuo ſilentio damnaturum quod ſibi ab ea dicendum erat, ſi poſtquã audiuiſſet, verum comperiſſet, ſin minus, ſe id continuò palam omnibus facturum, ait.

Plenus rimarum ſum, hac atque illac perfluo.

Modus loquendi aptiſſimus eſt ad exprimendum vitium illud & loquendi cacoethes, quo fit vt prodiga & infrænis lingua nullis vinculis tam bene aptari, nulloque tam firmo ſepimento cohiberi poſſit, quin ſemper fluat atque æſtuet colluuione verborum teterrima. Id autem meminiſſe me facit elegantiſſimi cuiuſdam diſtichi, in ingratos, quod Luciano tribuitur, quodque eodem ſchemate, ac

metaphora conſtat.

φαῦλος ἀνὴρ πίθος ἐστὶ τετρημένος, εἰς ὃν ἐν ἄνθολ. Pag. H.S.
ἀπάσας
ἀντλῶν τὰς χάριτας, εἰς κενὸν ἐξέχεας. 40.

Sed & illud eiuſdem Comici in ſeipſum puniente, *Vt eius animum qui nunc luxuria & laſciuia diffluit, retundam, redigam*, pro eadem locutione eſt ac illud Euripidis, μαίνεταί τε καὶ παρερρεῖ τῶν φρενῶν τῷ σῷ λόγῳ. Adde & peruenuſtum Diogenis dictum, quod tale eſt, Ferunt eum roganti cuipiam, qui fiat, vt melior pars hominum tanto animi ardore, tantaque cupidine ad opes conquirendas feratur, virtutis autem & bonarum artium, quæ nulla cœli intemperie, nulla iniuria, aut fortuna aduerſa, a nobis poſſunt auelli, tam parum ſtudioſi ſectatores a natura ſimus, rationem hanc redidiſſe? οὐ γὰρ εἶχον ἔνθα δέξαιντο τὰ τοιαῦτα *Ap. Diogen. Laert.* διερρυηκότες ἀπὸ τρυφῆς καθάπερ τὰ σαθρὰ τῶν βαλαντίων. Et verò ſaluator noſter pulcherrimo apologo, & conſilio ſaluberrimo, in nobis requirit *D. Luca 12.* βαλάντια μὴ παλαιούμενα.

Græci aliquot loquendi modi, qui in Gallicum ſermonem irrepſerunt, notati, & Homerus contra Plutarchum defenſus.

CAP. XXII.

TAm multa ſunt, quæ in vernaculam linguam a Græco fonte deducta deriuataque profluxerunt, vt non immerito exiſtimatum ſit multo majorem Gallico idiomati cum Græco cognationem atque affinitatem eſſe, quam Latino. Vnde non ſemel miratus ſum, Homerum a Plutarcho incomptæ velut poëſeωs accuſari, & quaſi conuinci, quod

particulas quaſdam ſuis verſibus nonnumquam inſerat, quibus tanquam appendiculis, & additamentis inanibus, explendo tantum ac ſuis numeris abſoluendo carmini intertextis vtatur. Id ſiquidem iudicium in imperito aliquo & inepto Homeromaſtige forte tolerandum eſſet; At in homine Græco, & vero in Plutarcho, qui æquo animo ferri poſſit, non video. Etenim linguæ Græcæ parum ſcientem eſſe oporteret, qui in hoc verſu, quem exempli cauſa citat ille.

ἢ μάλα δὴ τέθνηκε μενοιτίου ἄλκιμος υἱός.

Aut aduerbium μάλα, aut particulam δὴ, παραπληρωματικὴν, & perficiendi ſolùm metri gratia aſcitam aſſeueret: nam quod ad hanc attinet norunt qui in Græcis verſati ſunt, eam & alias ſimiles, πρὸς τὸ μεγαλοπρεπές, & ad orationis amplitudinem non parum conferre: quia, vt ait Demetrius Phalereus, de hac ipſa particula agens & quoſdam Homeri & Platonis locos citans, αἱ πολλαὶ ἀρχαὶ σεμνότητα ἐργάζονται. Quod autem ad τὸ μάλα ſpectat, dico referendum illud ad τέθνηκε, & eſſe loquendi formulam è media Græcia profectam, & Athenis, vt aiunt, Atticis natam. Cuius germana eſt ea, qua vulgo dicimus, vt aliquem lethali vulnere perfoſſum, & iam iam animã agentem, aut certo mortuum indicemus, *Il eſt bien mort*, Quidpiam ſimile vidi apud Ælianum, in Varia hiſtoria, γοργίας ὁ λεοντῖνος ἐν τέρματι ὢν τοῦ βίου καὶ γεγηρακὼς εὖ μάλα. Vbi adhuc ille duorum aduerbiorum ſimul iunctorum concurſus neſcio quid ἐμφατικώτερον habet: ſed progrediamur vlterius. In hoc etiam Homeri verſu,

χρυσοῦ δὲ στήσας ὀδυσεὺς δέκα πάντα τάλαντα.

Vult Plutarchus δέκα abundare, & περισσολογίᾳ imputari, ſed male. Purus putus helleniſmus eſt, qui & frequens in ore noſtratum: Gallice enim nihil melius, *Tous les dix talants*, itaque non ſemel Homerus hac locutione vſus eſt.

φῦσαι δ' ἐν χοάνοισιν ἐείκοσι πᾶσαι ἐφύσων.

Licet ibi numerale nomen, ἐείκοσι, non minus ad χοάνοισιν, quam ad φῦσαι referri queat, ſed ecce alios, citra omnem ambiguitatẽ & dubium, locos.

μοῦσαι δ' ἐννέα πᾶσαι ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ οδ. ω. θρήνεον.

Et alibi, τρία πάντα πάρεστιν. Et ne ſolius Homeri, tanquam in propria cauſa teſtimonium ferentis, auctoritas non ſufficiat, en Theocritum, quodam Epigrammate.

ὑμῖν τοῦτο θεαί, κεχαρισμένον ἐννέα πάσαις τὤγαλμα Ξενοκλῆς θῆκε τὸ μαρμάρινον.

Sed & Henricus Stephanus, qui integrum libellum de Græcæ linguæ idiotiſmis cum Gallica conuenientibus compilauit, aliqua ex Platone, Xenophonte, & Thucydide in hanc rem animaduertit, ideoque plura congerere ſuperſedeo. Nonnullas tantum alias illius vocabuli, πᾶς, acceptiones, quarum apud nos etiam in familiari ſermone vſus inualuit, & quæ tamen H. Stephano exciderunt, adtexam. Ea igitur maxime notatu digna videtur quam apud Orpheum notaui his verſibus,

ὡς εἰποῦσα πέπλους ἀνεσύρατο, δεῖξε δὲ πάντα σώματος οὐδὲ πρέποντα τύπον.

Vbi τὸ πάντα, ſignificat τὸ αἰδοῖον γυναικεῖον, & intelligendum eſſe ſequentia ſatis declarant, vt Gallicè, eadem plane phraſi, & eiuſdem vocis miniſterio diceremus, *Elle a tout monſtré.* Diceremus

etiam, quæ alia etiam eſt & diuerſa illius notio. *toute luyſante, toute ſemblable aux Graces.* Sic Demophilus Damaſcenus, in Plocamiſi.

> φαιδρὰν ἅπασαν, ἅπασαν ἐξησκημένην χαρίτεσσιν.

Latini vix ita loquerentur, ſaltem id in elegantiarũ ſuarum numero non ponerent: Gellium tamen ita locutum inuenio, *Oro te*, inquit, *mulier, ſine eam totam integram eſſe matrem filij ſui.* Quia vero in hanc arenam deſcendimus, iuuat & alios quoſdam loquendi modos, Græcis & nobis communes, ab H. Stephano prætermiſſos perſtringere, qualis ille quo vulgo vtimur, & olim Græci, ὀπτὸν καταφαγεῖν. Mneſimachus in ſua Philippo.

> ----- εὖγε δρῶντες ἄρτι που
> ὀπτὴν κατεσθίουσι πόλιν Ἀχαΐαν.

Et ille, quo in otioſos & inertes homines ludimus εἰρωνευόμενοι, dicimuſque toſtas alaudas eis in buccam caſuras, vſurpatus a Teleclide reperitur, apud Athæneum.

> ὀπταὶ δὲ κίχλαι εἰς τὴν φάρυγγ' εἰσεπέποντο.

Vt & ab Antiphane, apud eundem authorem, ſed vrbanitate quadam comica ita conditus, vt a vulgari illo ſermone nonnihil recedere videatur. Ait enim ille turdos toſtos & optimis condimentis inſperſos ad os aduolaſſe, ſupplicantes vti comederentur.

> ὀπταὶ δὲ κίχλαι ἀνάβραστ' ἠρτυμέναι
> καὶ περὶ στόμ' ἐπέτοντ' ἀντιβολοῦσαι καταπιεῖν
> ὑπὸ μυρρίναισι κἀνεμώναις κεχυμέναι.

Item verbum *mourir*, cum cuiuſuis rei, vt terroris, riſus, aut ſimilium magnitudinem atque exupe-

rantiam deſignare volumus, fere ſemper in ore habemus, exempli gratia, vt aliquem βουλιμία, & graui fame oppreſsũ indicemus, dicimus, *il meurt de faim*. Plato in Sympoſio, ἀπέθνησκον ὑπὸ τοῦ λιμοῦ καὶ τῆς ἄλλης ἀργίας. Quod & à Latinis dictum. Plautus Sticho. *Præ mœrore, adeo miſer atque ægritudine conſenui, pene ſum fame mortuus.* Pomponius in Atellana. *Dies hic ſextus cum nihil egi, die quarte moriar fame.* Denique ſic loquimur, vt repetitione non vnius vocabuli, aut duorum tãtum, ſed integri quandoque commatis frequenter vtamur, ad maiorem vim atque energiam ſermoni conciliandam, præſertim, cùm velut interrogatione facta, quærimus, an ea res ita, vel ita ſe habeat, tunc enim ſtatim ſubiungimus, quod ab aliis, ſi reſponderent, vellemus nobis concedi. Quod etiam faciunt Græci ſcriptores plerique omnes. En vnũ velut inſtar multorum millium Demoſthenem, oratione in Andrótionem, non multo poſt initium. τίς δ' ἂν εἴασε πόλις τοῦ παρ' ἑαυτῇ γενέσθαι τὸ τοιοῦτο ἀσέβημα δοκοῦντα εἰργάσθαι· οὐκ ἔστιν οὐδεμία. Quæ vltima verba quiſpiam huiuſce idiotiſmi ignarus, pro futili repetitione, ac turpi orationis næuo forte acciperet.

Verbum δεικνύειν in eadem ſignificatione ſumptum apud Græcos, qua in Latino, & Gallico ſermone nonnumquam ſolet vſurpari.

CAP. XXIII.

QVAM dificile ſit poſt virorum doctorum meſſem, ſpicilegium quærere, tãtum ſciunt qui ſe in hac palæſtra exercent, quique amœnioribus Muſis ſerio operantur. Addam ſu-

periori capiti, velut pro corollario, per nobis familiare eſſe, cum terrorem incutere volumus, aut alicui minari, ſic loqui. *Ie te monſtreray*, &c. Cuius verbi ſimilem plane vſum reperi apud Xenophontem ἐν Κύρου παιδ. καὶ ἐπειδὰν τάχιςα, inquit, ἀριςήσητε, ἄξω ὑμᾶς ἐγὼ ἔνθα τὸ πρᾶγμα ἐγένετο, καὶ ἅμα μὲν θάψομεν τοὺς τελευτήσαντας, ἅμα δὲ δείξομεν τοῖς πολεμίοις, ἔνθα κρατῆσαι νομίζουσιν, ἐνταῦθα ἄλλους αὐτῶν κρείττους, ἢν θεὸς θέλῃ. Et apud Terentium in Andria.

Age nunc iam ego pol hodie ſi viuo, tibi
Oſtendam, herum quid ſit periculi, fallere, & illi Patrem.

Quod infrequens omnino eſt, & haud facile dixerim, vbi nam prætereà in tota lingua Latina id loquendi genus inueniatur.

Cur, & qua ratione faciant oculi amoris incẽdium: explicatus Pindari, & Apulei locus.

CAP. XXIIII.

CVm per geminas illas feneſtras viam ſibi facere ſolitus ſit Amor, dum furtiuo allapſu in hominum mentes ſe ſe inſinuat, & non ſcripta ſit, ſed nata lex, omnia ea, quæ nocẽdi, aut incommodum afferendi non modo vim certam, ſed ne ſuſpicionem quidem vel minimam præ ſe ferãt, prorſus auerſari: oculorum tamen, quos indubiam totius doloris & cruciatus ſui cauſam eſſe norunt, fruitionem & aſpectum tanto animi ardore, tantaque cupiditate amantes ſectari mirum eſt. Vnde illud authoris ἀνωνύμου,

Pande puella ſtellatos oculos,
Flexaque ſuper nigra cilia.

Fortaſſis ex hoc Sapphonis amaſium quempiam ſuum ſibi aduerſum aſtare iubentis,

στᾶθι κἄντα φίλος
καὶ τὰν ἐπ' ὄσσοις ἀμπέτασον χάριν.

Id ſane eo conſilio fieri dixeris, vt quos pharetrat⁹ puer œſtro perculit, inde quid ſolatij percipiant, vnde mali initium duxere, & in ipſo vulnere vulneris remedium quærant. Qua autem ratione hoc fiat, docet Apuleius libro decimo Aſini aurei. *Cauſa omnis & origo præſentis doloris & medela ipſa ac ſalus vnica mihi tute ipſe es; ipſi enim tui oculi per meos oculos ad intima delapſi præcordia, meis medullis acerrimum commouent incendium.* Et clarius adhuc, & apertius Pindarus, qui coruſcantibus quibuſdam radiis, quos è Theoxeni ſui facie emitti ac fulgurare ait, amoris ſui cauſam adſcribit aſſeritque illum qui eos radios cum aſpexerit, in cupidinem ſtatim non incidat, ex ferro & adamãte totum eſſe conflatum, τὰς δὲ θεοξένου ἀκτῖνας προσώπου μαρμαρίζοισας δρακεὶς ὃς μὴ πόθῳ κυμαίνεται, ἐξ ἀδάμαντος ἢ σιδάρου κεχάλκευται μέλαιναν καρδίαν ψυχρᾷ φλογί. Quod vt plenè intelligas, ad Academiæ ſpatia recurrẽdum eſt, ſciendumque ex Platone, Amorem eſſe quamdam velut pulchritudinis ἀπόρροιαν, Ideo ἵμερον vocatum, quod in partes fluat, atque ex corpore & oculis præcipue illius quem aut bonitate formæ, aut gratia, aut alio quouis animi motu ducti fixo obtutu intuemur, emanans, ſenſim deriuet ſe ſe, & in oculos noſtros ingruens, irrigua quadam vi ad interiora delabatur, ac πυρὸς πηγὴν κλοπαίαν, vt ait ille, aut vt alter, virentis flammæ florem, in cordis penetralia traducat. In quam opinionem pedi-

In ſympoſ. pag. H.S. 355 tom. 3.

Lib. 5. cap. 7. bus it Plutarchus, in problematis, vbi multa egregiè diſputat περὶ βασκαινόντων ὀφθαλμῶν. Acidcirco fieri oſtendit, vt qui grauiter ab amore ſauciati ſunt, toti diffluant & tanquam cera ad ignem poſita colliquētur ac tabeſcant, quaſi εἰς τὸν ἐρώμενον ſenſim commigrantes, quod fit per tenuiſſimos ſpiritus qui è corde exhalantes, vbi ſanguis puriſſimus & calidiſſimus ſedem habet, via ſibi per viſum patefacta in alterius oculos tranſmittuntur. Apuleio autem, cum ait, medelam ipſam Amoris eſſe eum qui amatur, adſtipulatur mimorum ſcriptor hoc ſcazonte,

Amoris vulnus idem qui facit ſanat.

Quod ad oraculum ſpectare videtur Telepho datum, ὁ τρώσας καὶ ἰάσεται. Pulchre ex Epigrammatographis græcis quidam.

Lib. 7. ἀνθολογ. pag. H. S. 455.

τήλεφος εἰμὶ κόρη, σὺ δ' ἐγίνεο πιςὸς ἀχιλλεύς,
κάλλεϊ σῷ παῦσον τὸν πόθον ὡς ἔβαλες.

Et Ouidius, in alium tamen finem nimirum in iratum Cæſarem, & ob exilium ſibi ab eo decretum.

Namque is vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit,
Solus Achilleo tollere more poteſt.

Quod quidem diſtichum triginta ſex varijs, ijſque verbo tantum tenus diuerſis interpretationibus græcè aliquando vertimus ἐρρικοςεφανίζοντες, ſed eas hic addere, ἀπροσδιόνυσον.

Emendationes trium Homeri locorum, hymno in Apollinem. Cap. XXV.

MAgno pompæ & ludorum apparatu celebrata olim fuiſſe ea certamina, quæ a Græcis in honorem Apollinis inuenta fuerant, notius eſt, quam vt teſtibus & tabulis indigeat. Inde vero

cõtingebat, vt qui præmium victor reportaret, tantam nominis laudem, & gloriã apud reliquos omnes Græcos conſequeretur, vt illum iam non mortalem aliquem, ſed tanquam e cœlo delapſum mirarentur omnes, atque ſuſpicerent, ac feré minus immortalitatem ipſam aut Iouis ſolium, quam coronam lauream, trinum Callinicum, plauſus, & cæteras acclamationes quibus excipiebatur πυθιονίκης, & ornabatur, æſtimarent. Hinc illa Homeri hymno εἰς Ἀπόλλωνα.

φαίη κ' ἀθάνατος καὶ ἀγήρως ἔμμεναι ἀνὴρ
οἱ τότ' ἐπαντία σεῖο τ' ἰάονες ἀθρόοι εἶεν.

Sed corruptus eſt vltimus verſus, propter imperite diuiſa & ſeiuncta duo vocabula. Legendum ὃς τότ' ἐπαντιάσει ὅτ' ἰάονες. α. ε. Quo modo in bonis authoribus ſæpius peccatum eſt a librariis. Statim fere poſt ſequuntur hæc apud Hom.

ἀλλ' ἄγε δὴ λητὼ μὲν Ἀπόλλωνι' ἀρτέμιδι ξυν,
χαίρετε δ' ὑμεῖς πᾶσαι, ἐμεῖο δὲ καὶ μετόπισθε
μνήσασθ'.

Quibus attentius ponderatis, turpem hiatum & ἀνακολουθίαν animaduerti inter eos verſus, cum minime cohæreant, & ſenſus vnius non reſpõdeat, neque conueniat alteri, vt facile videre eſt vel ex illo adiectiuo πᾶσαι, quod ad præcedentia referri non poteſt, ſed ad ſequens κοῦραι. Itaque integrũ verſum deeſſe ſuſpicor qui per χαίρετε inciperet, cuiuſmodi hic eſſe poſſet.

χαίρετε ἀλλήλοισιν φίλα φρεσὶν ὁρμαίνοντες,

Aut iſte,

χαίρετε, καὶ μοὶ ὄλβον ὀπάζετε τρεῖς ἅμα πάντες.

Aut quiſpiam alius ſimilis. Sub finem eiuſdẽ hym-

ni Apollo, Cretenſes quos aris ſuis præfecerat, increpans, quod nimium ſolliciti eſſent de victu & cæteris rebus externis, iubet eos deinceps, vt viros religioſos & deo deuotos decet, omnes à ſe huiuſcemodi curas, & cogitationes procul arcere, & cuſtodiendo tantum templo, recipiendis hoſpitibus, mactandis hecatombis, ſacris denique peragundis animum tantum intendere.

νηόντε προφύλαχθε, δέδεχθε δὲ φῦλ' ἀνθρώπων,

ἐνθένδ' ἀγειρομένων καὶ ἐμὴν ἰθὺν δὲ μάλιστα.

Satius foret, καὶ ἐμὴν ἰθύνετε δαῖτα, neque multis opus eſt ad eam coniecturam comprobãdam, cum ſatis ipſa pro ſe loquatur.

Conatus purgandi corruptiſſimum Varronis locum è Satyris. Cap. XXVI.

CHaroniis ſimillimos dixeris eos in bonis authoribus, ſeu latinis, ſeu græcis, locos, qui tam nefariè temporum iniuria, aut cæca potius imperitorum hominum temeritate corrupti, deprauatique fuerunt, vt ne ipſi quidẽ, ſi reuiuiſcerẽt authores, priſtinam ijs integritatem ac nitorem reſtituturos ſe polliceri vnquam auderent. Atque adeo Criticorum genus ad muſcarum naturam quodammodo videtur accedere, ita vbi cadaueroſam aliquam, & carie ac putredine confectam in bonæ notæ authore particulam deprehenderunt, illico aduolant omnes, & quaſi certatim, & ad inuidiam vſque, in putidis illis vlceribus lautè oppipareque ſaginantur. Sic profectò ſe res habet, idque vel vnus hic Varronis locus facile reſtabitur Citat Nonius ex ſatyra, *Papiapapæ*, περὶ ἐγκωμίων

corrupto lemmate. *Ante auris modo ex ſobolibus. paruuli intorti dimittebantur, ſed cincinni, oculi ſuppatuli, nigellis pupillis, quam hilaritatem animi ſignificantes, Rictus paruiſſimus vt refrænatus riſu roſeo.* Vbique mendæ, vt vides, imo fere ὅλον ἕλκος. Itaque varie à Scaligero, Lipſio, & alijs huius ſeculi clariſſimis luminibus, eorum verborum tentata correctio. Quæ omnia cum in illorum libris vnicuique pateant, & ne longior ſim lubens prætermitto. Tantum licet imprudenter factum forte quis exiſtimarit, in ſcenam, quod aiunt, poſt Roſcium prodire, & inter tantos tamque egregios iudices arbitrum ſe profiteri, quia tamen liberæ ſunt cogitationes, & minimo periculo in hiſce ſtudijs peccatur, quid ea de re cenſeã, ingenuè proferã. Itaque paucis partim immutatis, partim ſuæ ſedi reſtitutis, commode ſic, mea quidem ſententia, legi poteſt. *Ante aureis modo ex ſilonibus paruuli intorti dimittebant ſe cincinni. Oculi ſuppætuli, nigellis pupillis quamdam hilaritatem animi ſignificãtes. Rictus paruiſſimus ore frænatus riſus roſeo.* Ratio nunc huius emendationis reddenda eſt, & ſingula verba ſuo quæque momento, ſuoque pondere, ac ordine examinanda. Videtur ergo Varro ea parte ſatyræ, ex qua hæc deprompta ſunt, florentis pueri, vel puellæ, quod magis placet, primum ſuperbientem, deinde ſeneſcentis pœnitentem animum deſcripſiſſe. Qualis illius fuiſſe dicitur in Epigrammatis, quæ cum virentem ſe & annis primo vere geſtientibus ſentiret, pulcherrimi corporis dotibus plus æquo e latior, deſpiciebat omnes, longeque a ſe repellebat. Tandem vero cum quod per ætatẽ licebat, formæ ſuæ bono vti neglegiſſet, ſenſim ir-

repſit ſuſpenſo gradu non intellecta ſenectus, moxque cani & rugæ inductæ, ac genæ prius vernantes, tetro ſqualore deturpatæ, πέσον ὀφρύες, ὄμμα τέτηκλαι, ſimulque male pertinacis animi proteruia expugnata, & faſtus detumeſcere coactus fuit. At nimis tardum pœnitere, fruſtraque frigidã ſe & deſerta nocte jacentem conquerens, aiebat: *Quid non aut iſta voluntas tunc fuit, aut non eſt nunc ea forma mihi?* Eam igitur animi & corporis mutationem narrare aggreſſus Varro, floridum & venuſtum iuuenilis corporis habitum natiuis coloribus depingebat: *Ante aureis modo ex ſilonibus.* Pro *aureis*, factum ab exſcriptoribus *aures*, quaſi nihil vnum ab alio differret, niſi quod illud ἀρχαϊκῶς ſcriptum foret: Deinde, *auris*, quod occaſionem dedit politiſſimo Lipſio legendi *Endo auris*: ἀντὶ τοῦ *ſilonibus*, quod non intellexerat librarius, repoſitum *ſobolibus*, quæſo, ῥῆμα ἢ θαῦμα; Silones pro grandioribus & prolixioribus capillis accipio, quales propter nimiam cerebri humiditatem, fœminarum eſſe ſolent, & hac voce vſus eſt noſter Varro, alio quodam, apud eundem Nonium, loco, voluitque Silones a Sileno dictos, quod is hirſutis ac prominentibus ſuperciliis fingeretur. Aureos ergo ſilones, hoc eſt, flauam & χρυσόχροον κόμην. Quis vero cincinnos & calamiſtratam comam venuſtati quærendæ inuentam, & Romanis non modo fœminis, ſed viris etiam ac pueris ipſis vſitatam ignorat? & ſi de puero Varronem loqui placet, ſcimus iam tum priſcis illis temporibus concubinos in deliciis habitos, ſeu puerulos impudicos, qui in Veneris ludo auctorati meretrecio more ſtipendia mererent, quales opinor ab

Horatio Ligurinus & Lyciſcus, ab Anacreonte Bathyllus, a Pindaro Theoxenus, alij ab aliis celebrantur, quique longam cæſariem alere conſueuerant, eamque modo in nodum colligere, modo in humeros ingenio ſuo flexam ac diffuſam geſtare puellarum in modum, vt naturæ illuderēt, & propter vultus ambiguitatem, an pueri an puellæ eſſent, nullo certo diſcrimine poſſent dignoſci. Sin autem de puella intelligi Varronem velis, quod veriſimilius eſt, & ex aliis quibuſdam eiuſdem ſatyræ fragmentis colligitur, notum ſatis eſt, mulieres Romanas, creſcente luxu, variis diuerſiſque rationibus ſibi capillitium finxiſſe: nunc enim retortis in nodum crinibus, Parthorum ritu; nunc ædificato ingenti ſupra caput ſuggeſtō, nunc paſſa & in dorſum ſparſa coma, Germanorum more; nunc criſpata & cincinnulis per cinerarium artificioſe compoſita parte capillorum, parte ſoluta & libera. At in iſtis nimis multi ſumus. *Oculos ſuppætulos*, id eſt, leuiter declinatos & ſemicluſos, quales Veneri dabantur à pictoribus & ſtatuarijs, eximiæ pulchritudini, non abs re affingit Varro, & κυανώπιδας pupillas: Cūque trita ſint in vulgus hac de re authorum teſtimonia, nihil opus immorari. Hoc tantum dicam, non temere additum fuiſſe illud, ***hilaritatem quandam animi ſignificantes***, quia nimirum, cum ſubniger ille in oculis color, trucem neſcio quem & flecti difficilem mentem ſubindicet, temperamento aliquo cum opporteat mitigari. Vt apud Anacreontem iubetur pictor dare quidem Bathyllo μέλαν καὶ γοργὸν ὄμμα, ſed tamen κεκερασμένον γαλήνῃ, vt hinc bellum metuere, inde pacem ſperare incipias, & inter vtrū-

que medius, metu ac ſpe ancipiti ſuſpenſum animum perpetuò habeas. Cætera quæ ſequuntur apud Varronem, facillima ſunt. Ità videlicet vultum componebant, & totius oris habitum, ad pudorem modeſtiamque conformabant Romanæ mulierculæ, vt non renudatis dentibus, neque hianti ore, vt ſolent, qui immoderatè cachinnantur, ſed contractis & vix motis aut diductis labris riderent, tantumque reniderent, ita vt quodammodo frænatus ore riſus ille videretur. Græci dicerent ἁπαλὸν ἢ χλιαρὸν γελᾷν. Et decentem eiuſmodi ac moderatum riſum tyrones ſuos docet Ouidius.

Sint modici riſus paruæque vtrinque lacunæ,
Et ſummos dentes ima labella tegant.

Et præclare, licet paucis deſcribit Philoſtratus, μεμέρηνται δὲ ὁ γέλως οἷος ἐφιζάνειν τῷ προσώπῳ. & adhuc paucioribus Theocritus, γέλως δέ οἱ εἴχετο χείλευς. *Roſeum os*, hoc eſt, roſeum quemdam halitum ſpirans, aut ῥοδῶπον, ἢ ῥοδοειδές, propter labella roſæ colorem referentia, aut ferte vt roſea ceruix apud Virgilium & Horatium. Sed magiſtellis reliquenda hæc λεπτολογήματα.

Terentiana quædam è Græcis mutuata.
CAP. XXVII.

CHremes, Phormione, rogatus a Demiphonte, cur tamdiu in Lemno moratus eſſet, cum res & negotia domeſtica tam longam diuturnamque abſentiam ſine graui iactura pati non poſſent lepide reſpondet, ſe vel inuitum à morbo qui ſenes perpetuo comitatur, diutius multo quam vellet aut par eſſet, detentum fuiſſe.

Chr.

Chr. *Pol me detinuit morbus.* Dem. *Vnde aut quid.* Chr. *Rogas?*
Senectus ipſa morbus eſt.

Quod à Philemone, vt & alia quamplurima mutuatus videtur Terentius, ſi quidem ille ab anicula quadam, nomine Syra, idem fere dici feceràt: Cum enim ab ea quæreretur, vti ſe haberet, ait rogandum id non eſſe, ſed certo tenendum, vbi ſenem conſpexeris ſeu virum ſeu fœminam, eum male omnino habere. Verſus Philemonis hi ſunt.

α. Σύρα, Σύρα. β. τί ἐστι. α. πῶς ἡμῖν ἔχεις.
β. μηδὲν ποτ' ἐρώτα τοῦτ'· ἐπ' ἂν γέροντ' ἴδῃς
ἢ γραῦν τινα, ἴσθι δ' εὐθὺς ὅτι κακῶς ἔχει.

Scio tamen veterem Grammaticorum Coryphæū Donatum citare quemdam Apollodori ſenarium, ex quo Terentiana illa adumbrata fuiſſe vult, ſed eſto: quid tamen vetat quin Latinus Comicus ad eum quoque Philemonis, quem πεπαίγνικε, locum reſpexerit? Nec vero à Græco tantùm ſocco Terentium nonnulla deprompſiſſe, & ſuis fabulis inſeruiſſe exiſtimes: multa enim ſunt, quæ a Cothurno etiam, velut è non minus communi alueo deſumpſit vt facile eſt & in promptu conuincere: ſed vnicum modo è plurimis, teſtimonium adducere ſatis erit. Soſtrata igitur in Hecyra miſeram nimis ac infelicem ſui ſexus conditionem eſſe conquerēs, cum frequenter odioſæ & ſuſpectæ ſint viris mulierculæ eandem dicti ſui rationem reddit, quam alia quædam apud Euripidem, in Menalippe, nimirum propter vnius ſolius culpam, cæteras omnes in ſuſpicionem venire, & tanquam mali participes & conſcias teneri. Terentius.

Ædepol, ne nos ſumus mulieres, æque inique

omnes inuiſæ viris

Propter paucas, quæ faciunt, omnes dignæ vt videamur malo.

Euripides.

ἀλγιστόν ἐστι θῆλυ μισηθὲν γένος·
αἱ γὰρ σφαλεῖσαι ταῖσιν οὐκ ἐσφαλμέναις
αἶσχος γυναιξὶ, καὶ κεκοίνωνται ψόγον
ταῖς οὐ κακαῖσιν αἱ κακαί.

Alibi adhuc, ſi bene memini, apud eundem Tragicum, eadem plane querimonia repetitur.

τὸ γὰρ γυναικῶν δυσχερὲς πρὸς ἄρσενας
κἂν ταῖς κακαῖσιν ἀγαθαὶ μεμιγμέναι
μισούμεθ᾽ οὕτω δυστυχεῖς πεφύκαμεν.

Quod autem ibidem ait Terentius, *Socrus omnes iniquas eſſe & infeſtas nuribus*, Græcis quoque Tragicis accepto ferendum eſt.

Fragmentum quoddam Saphonis, quo ſe ne mortuam quidem obliuioni traditam iri gloriatur.

Cap. XXVIII.

Lubet huic chartæ illinere præclarum quoddam diuinæ illius Poetriæ, quam Philoſophorum quiſpiam haud immeritò decimam Muſarum nuncupabat, fragmentum, quod apud tres diuerſi generis & notæ ſcriptores miſere diuulſum dilaniatumque inuenitur. Itaque haud abs re fuerit recolligẽdis his velut oſſibus, quæ furentis Medeæ in morem, conſumptrix rerum vetuſtas, ne veterum Heroum veſtigiis inſiſtentes, eos prope ſequeremur & aſſequeremur, diſcerpſit & in varia loca diſiecit, aliquid otij impendere.

Ap. Plut. ἐν συμποσ. Ariſtot. περὶ τῶν παραγγέλμ. & Stob. περὶ ἀφροσύν.

κατθανοῖσα δὲ κείσεαι
οὐδέ τις μναμοσύνα σέθεν

ἔσσετ' οὐδὲ ποχ' ὕστερον.
οὐ γὰρ πεδέχεις ῥόδων
τῶν ἐκ πιερίας· ἀλλ' ἀφανὴς
κ'ἠν ἀίδα δόμοις φοιτάσεις,
οὐδεὶς δέ σε βλέψοι πεδ' ἀμαυρῶν
νεκύων ἐκπεποταμέναν.
ἐμὲ δ' αἱ μῶσαι τῷ ὄντι
ὀλβίαν τε καὶ ζαλωτὰν
ποίησαν, οὐδ' ἀποθανοίσας
ἔσσαι λάθα.

In his autem Sapphonis verſibus duo potiſſimum notanda veniunt, nempe per roſas illas Pieriæ, quarum participem non eſſe diuitem eam fœminam, cui Poëticæ artis ignorantiam exprobrat, ait Sappho, intelligendos eſſe verſus, ſeu quia Muſas roſis coronari ſolitas antiquitus, & roſas Muſis ſacras fuiſſe notum ſit, non minus quam Veneri myrtum, Palladi oliuam, Herculi populum, Ioui quercum, Baccho hederas, Phæbo laurum, & alias aliis Dijs arbores, ſeu frutices, ſeu flores: ſiue quod Poëtæ μεταφορικῶς, ita conſueuerint loqui, vt ex Pindaro, Horatio & alijs conſtat, vt floribus & corollis numquam marceſcentibus ornari a ſe ac reuinciri caput eius dicant quem ſuis verſibus laudandum ſuſcipiunt. Denique id etiam non prorſus omittendum, non modo Sapphoni, ſed & Horatio, Naſoni & reliquis fere Poetarum familiarem & frequentem eſſe eam iactantiã, qua dum pallorem & maciem libris inhiantes contrahunt, perpetuam ſui memoriam ad poſteros transferre, ac immortalem nominis gloriam conſequi ſe venditant.

BERNARDI MARTINI,
VARIARVM LECTIONVM
Liber Quartus.

Illuſtrati Verſus aliquot Horatiani, & ludorum puerilium ſpecies quædam notatæ.

CAP. I.

VT puerum fuiſſe oportet, eum qui iuuenilem ætatem attigit: ita etiam à ludicris quibuſdam, & primori ætati conuenientibus exercitatiunculis incipiendum fuit, antequam ad ſeria cogitanda & pertractanda veniretur. Natura ſcilicet, per certos temporum gradus, & momenta diſcurrens, aſſumit diuerſas in eodem homine figuras, & quaſi luderet hiſtrioniam, diuerſis motibus impulſa, modo hæc, modo illa ſectari nos cogit. Quicquid ſit, habet in ſe quidpiam ætas illa innocens ac primæua, quod ſui ſtatus, ſuæque conditionis, nobis dulcem ac iucundam perpetuo relinquat memoriam. Libet itaque, quando per otium licet, ad quaſdam puerilium ludorũ, ſeu παιγνίων ſpecies, mentis oculos tantiſper reflectere, quæ pridem antiquis, nunc vero etiam noſtratibus familiares ſunt, quaſque Horatius duobus his verſibus comprehendit.

Lib. 2. ſat. 3. *Ædificare caſas, ploſtello adiungere mures,*
Ludere par impar, equitare in arundine longa.

Prima illa, *ædificare caſas*, iam inde Homeri temporibus viguit, vt facile conijcere eſt, ex quibuſ-

dam eius verſibus, a Porphyrio citatis, apud Stobæum, quo loco res humanas comparat ludicris puerorum ſtructuris, & ædificijs.

ὡς ὅτε τις ψάμαθον κόνιν παῖς ἄγχι θαλάσσης *Ser. Noſce teipſ.*
ὥστ᾽ οἴκων ποιήσῃ ἀθύρματα, νηπιέτοισιν
ἄψ᾽ αὖθις συνέχευε ποσὶν καὶ χερσὶν ἀθύρων.

Apud Theocritum, Eidyllio primo, puer in cratere fagineo cœlatus, nectendæ cicadis decipulæ, iuncoque concinnandæ intentus fingitur.

αὐτὰρ ὅγ᾽ ἀνθερίκεσσι καλὰν πλέκει ἀκριδοθήραν
σχοίνῳ ἐφαρμόσδων.

Et apud Ariſtophanem, in Nubibus, Strepſiades præclaram filii ſui indolem, quem Socrati ſtudiis Philoſophicis & Mathematicis inſtruendum tradere volebat, extollens, his tanquam ſignis, & argumentis certiſſimis, eius ingenii bonitatem, & acumen commendat.

ἔπλαττεν ἔνδον οἰκίας, ναῦς τ᾽ ἔγλυφεν, *Pag. edit. Frob. 105.*
ἁμαξίδας δὲ σκυτίνας εἰργάζετο,
κ᾽ ἀκ τῶν σιδίων βατράχους ἐποίει.

De quibus omnibus legendus Scholiaſtes. Quod ſequitur apud Horatium, *ploſtello adiũgere mures*, nullo Oedipo opus habet: Ploſtello enim dictum, vt *Coda*, apud Varronem, *Cotio*, apud Plautum, *Polla*, pro Paulla & alia huiuſcemodi apud bonos quoſque authores: ſiquidem littera O & diphthōgus *au* ſæpe antiquitus, & ſcribendo, & pronuntiando, permutari ſolitæ fuerunt. Hoc etiam addam, ingenue me fateri, nihil in præſentiarum habere ex Græcis, quod huic Horatiano hemiſtichio opponam, aut comparem, præter illud Ariſtopha-

nis, ἀμαξίδας σκυτίνας. Quid verò ſit, *Ludere par inpar*, de quo nihil in Lambini, & aliorum
pag. 50. prægrandibus in Horatium commentariis, intelliges ex eodem Comico, in Pluto; vbi iuuenculus amanti aniculæ ſalſiſſimo ſcommate illudens, quaſi cum ea nucibus ludere vellet par impar, cum petere deberet, quot haberet vetula nuces, quærit ab ea, quot habeat dentes.

> νε. βούλει διὰ χρόνου πρός με παῖσαι; γρ. ποῖ τάλαν.
> νε. αὐτοῦ λαβοῦσα κάρυα. γρ. παιδιάν τινα:
> νε. πόσους ἔχεις ὀδόντας:

In quorum verſuum enarratione doctiſſimus interpres, hunc ipſum ludum, breuiter & clare, totidem, quot referam, verbis perſtringit· δραξάμενός τις καρύων καὶ ἐγκλείσας τὴν χεῖρα, ἐρωτᾷ, πόσα, καὶ ἐὰν ἐπιτύχῃ, λαμβάνει ὅσα ἔχει ἐν τῇ χειρί. ἐὰν δὲ ἀμάρτῃ τὴν ἀπόκρισιν, ἀποτίνει ὅσα ἂν ἐρωτήσας εὑρεθείη ἔχων. Quod vltimum ponit Horatius, *equitare in arundine longa*, notum eſt ex Euſtathio, in illud Homericum, - νέῳ ἐπιβήτορι μήλων. Et tritum, quod de Ageſilao narrat Plutatarchus, ὅτι μικροῖς παιδίοις κάλαμον ἐπιβεβηκὼς ὥσπερ ἵππον οἴκοι συνέπαιζεν. Sed & in eam rem plæraque iampridem a P. Victorio ſcimus animaduerſa. Itaque ne cramben repetamus, eo Venuſini Poetæ loco relicto, ad alium venimus, in cuius expoſitione, vir alioquin numquam ſatis laudatus Turnebus, tantiſper hallucinatus videtur & cum eo Lambinus. Locus, quem dico, extat libro primo Carminum. *memor,*

> *Acta non alio rege puertia,*
> *Mutataque ſimul toga.*

Quem ita interpretantur magnæ illæ animæ vt velint magiſtrum ibi regem appellari, tralaticio nomine, & eos æquales dici a Poeta, qui in pueritia eundem habuerint magiſtrum, & ad eundem ludum itauerint. Ego vero aliter explicandum cenſeo, & non de magiſtro intelligendum, ſed de eo rege, quem pueri ζωομήλικες, & eiuſdem ætatis, ac viciniæ, ſolent ſibi per ludum, ſorte, aut ſuffragiorum numero eligere, quem ſequantur, cuiuſque iuſſis obtemperent. Huic certè explicationi aperte ſuffragatur, quod ſtatim ſequitur, *mutataque ſimul toga.* Hoc nempe vult Horatius, maxime Lamiam à Numida fuiſſe amatum, quod cum ambo æquales eſſent, eodem & communi rege pueri ſimul luſerant, & grandiores facti, vno eodémque tempore, virilem togam ſimul ſumpſerant. Ludi illius mentionem facit, eumque ita depingit Pollux, βασιλίνδα μὲν οὖν ἐστὶν, ὅταν διακληρωθέντες οἱ παῖδες, ὁ μὲν βασιλεὺς προστάττῃ τὸ πρακτέον, ὁ δ' ὑπηρέτης εἶναι λαχὼν πάντα χόθεν ὑπηκοῦει. Li. 9. Onom.

Aliquot alij pueriles ludi, ſeu exercitatiũcula, quæ vt olim Græcis, ita etiam hodie Gallis vſui ſunt.

μυῖα, χύτρα, μηλολόνθη. CAP. II.

Citantur hi, alicubi in commentariis Græcis, Scazontes, è vetere quodam Poëta, Herodè nomine, quem, vt id obiter dicam, eundem fuiſſe crediderim, cum eo, de quo nonnulla apud Philoſtratum, in vita Apollonij.

ἢ χαλκέην μοι μυῖαν, ἢ χύτρην παίζει,
ἢ παῖσι μηλολόνθαις ἅμματ' ἐξάπτων,
τοῦ κεσκέου, μοι τὸν γέροντα λωβῆται.

In quibus verſibus tria numerantur ludorum puerilium genera, quæ ab vltima illa antiquitate, ad noſtra vſque tempora peruenerunt. Sed vt quæ tranſplantata ſunt, ingenio cœli & ſoli ipſius, cui adhærent, velut innouantur, & prioris quidem aliquid amittunt, alterius vero quidpiam retinent: Ita contigit, vt non ſolum in nomine eorum παιγνίαν, ſed etiam in forma ipſa nonnihil mutaretur. Vt apparet in ea quæ, primam ſe ſe offert, muſca, quam veteres æneam, Itali vero cæcam, vt teſtatur Victorius, nos autem, nullo epitheto adhibito, muſcam tantum vocamus. Et quod attinet ad formam, ea, qua noſtrates vtuntur, parũ

9. Onom. aut nihil accedit ad illam, quam deſcribit Pollux, apud quem videre poteris. Fuit autẽ, cum χύτραν, in primo illo Herodis verſu, intelligendam arbitraret, de quadã oſculi ſpecie, de qua nonnulla apud Suidam, in voce χύτρα. Meminit Tibullus.

L. 1. a. *------natuſque parenti*

Oſcula comprenſis auribus eripiet.

Ita enim legendum, non vt vulgo, *compreſſis naribus*. Eunicus apud Pollucem, λαβοῦσα τῶν ὤτων φίλησον τὴν χύτραν. At ea verba, non ad puerulum, ſed ad ſcortillum potius videntur facta: fuit enim is oſculandi modus meretricibus etiam familiaris, vt illi apud Ariſtenætum, κἀγὼ τῶν ὤτων λαβομένη τρίς σε φιλήσω. & illi apud Plautum, *apprehende auriculas, compara labella cum labellis*. Inde vero χύτραν arbitror vocatam, quod quemadmodum χύτρα διώτης eſt, & ἀμφικύπελλος, ita duas aures, velut anſas, quo ſuauius preſſiuſque oſcularentur, ſolerent accipere. Re tamen accuratius perpenſa, potior ea mihi fuit opinio,

nio, per χύτραν in Herode intelligi debere puerilem quemdam ludum, quem Heſychius, & Pollux, χυτρίνδαν vocant, cuiuſque rationem & formam omnem late exponunt. Cæterum μηλολόνθαις ἅμματ' ἐξάπτειν, ſolent etiam pueri apud nos, qui æſtate animalculo cuidam, è genere inſectorum, quod *Aneton* vocant, filum appendentes, idque manu tenentes, circumquaque volitare faciunt, Meminit etiam alibi Ariſtophanes, & ioco notatu digniſſimo, Strepſiadem inducit à Socrate monitum, ne tantum de vſuris ſoluendis ſollicitus eſſet, ſed curas a ſe omnes amoueret, puerorum more & exemplo, qui ſuas μηλολόνθας, non omnino auolare ſinunt, ſed eas pede tantum deuinctas apud ſe retinent.

ἀλλ' ἀποχάλα τὴν φροντίδ' ἐς τὸν ἀέρα,
λινόδετον ὥσπερ μηλολόνθην τοῦ ποδός.

Quem locum, tum propter eius elegantiam, ſilentio præterire mihi religio fuit, tum quia plurimũ facit ad alterius explicationem, quem è Pindaro citat Plutarchus, λύονται δυσφόρων σχοινίων μεριμνῶν. Sed & idem Ariſtophanes, in Crabronibus, tympaniſtriam à Bdelycleone qui eius amore tenebatur vocari facit ὦ ταυροκερατικῶς, χρυσομηλολόνθιον, & vrbanitate ex eo puerili ludicro petita, præclare ludit in ambiguitate vocis, σχοινίου, quæ & funiculum ſignificat, & id quo viri ſumus.

Vox antiqua, e ſitu & tenebris, ad lucem reuocata, & Ciceroni cui iampridem erepta fuerat MS. Codicis auctoritate & fide reſtituta.

CAP. III.

VEtere iuriſprudentia, certæ quædam ſolemneſque actionum formulæ, quibus ciues inter ſe diſceptarent, legibus XII. tabul. primũ inſtitutæ, deinde in album Prætoris relatæ fuerãt, quarũ tam religioſa, tamque neceſſaria litigantibus erat obſeruantia, vt qui alium in ius vocaret, aut quiduis in iudicio peteret, ſiue actoris, ſiue rei partes ſuſtineret, ſi aliis verbis actionem concepiſſet, quã quibus tãquam præſcriptis deſtinatiſque vti oportebat, eum ab ipſo ſtatim iudicij limine, ſine vlla alia cauſæ cognitione ſummoueri contingeret, ſæpiuſque eueniret, vt qui formula caderet, cauſa quoque caderet. Quia vero de iis formulis, propter earum neceſſitatem, quodque omnium litiũ exordia inde ſumenda eſſent, tot tamque frequentes contentiones oriebantur, fiebat, vt cauſidici eas non minus notas perſpectaſque haberent, quam vngues digitoſque ſuos, & is demum præ cæteris iuris intelligens & cõſultus haberetur, qui laqueis illis formularum & clientem expedire, & aduerſarium irretire probe noſſet. Quod vt ineptiſſimum, ita à Iuriſconſulti nomine & ſcientia maxime alienum eſſe docet Tullius libro primo de oratore, ex quo hæc. *Ita et tibi Iuriſconſultus ipſe per ſe nihil, niſi leguleius quidam, cautus et acutus præco actionum, cantor formularum, auceps Syllabarum*, & quæ ſequuntur. Quem locum Lambinus de menda ſuſpicatur, in ijs verbis, *Cantor formularum*,

teſtaturque in veteribus codicibus legi *Catus*, non *Cantor*, neque, *Cantor*, licet vtrumque probet: Quia nimirum, inquit, nihil frequentius à leguleis decantaretur, quam formulæ, & quia maxima cautela opus erat, ad vitandas eas formularum Syrtes ac ſalebras. Sed quicquid dicat Lambinus, neque Cautor, neque Cantor, præ eo placet, quod in antiquæ fidei libro manu exarato animaduerti, in quo integerrimis & neque ſitu, neque vetuſtate de formatis litteris ſcriptum erat, *Cator*, cui proxime accedit illud *Catus* à Lambino notatum, quodque ab imperitis Typographis exulare iuſſum fuit, quia inſolens plane eſt, & vix alibi in tota lingua latina, quod ſciam, vſitatum: Eſt enim de eo dictionum genere quas μονήρεις vocat Euſtathius, quæque ſemel, aut bis tantum, in hoc, vel illo authore inueniuntur, vt πάλμυν apud Lycophronem, ἔρπις apud Sapphum, ἐσσὴν apud Callimachum, & aliæ huiuſmodi, quibus velut gemmulis vtuntur boni authores, & ſuis operibus inſpergunt, οὐχ ὡς ἐδέσματα, ἀλλ' ὡς ἡδύσματα. Cator autẽ vox Græca eſt, venitque opinor ἀπὸ τοῦ κάζειν, vt & Caſtor, idemque ſignificat, quod κοσμήτωρ, ſeu κυβερνήτης, vt apud Homerum, eo Epyllio, cuius epigraphe eſt, Διονύσου ἢ λῃσταί, aut quod melius, ni fallor, eſſet, Διονύσου λῃσταί.

θάρσει δῖε κάτωρ τῷ μῷ κεχαρισμένε θυμῷ.

Ibi enim eo nomine nauis gubernatorem compellat Bacchus, iubetque illum ſecure agere, licet ſocios omnes ſuos in varia monſtra mutari cerneret. Itaque Cator formularum is demum erit, qui conceptis & idoneis verbis litem inſtruere & ordinare ſciat, & tam apte diſponere, vt neque huc neque

illuc feratur, in ſalebras, & periculoſa diuerticula. Auceps vero ſyllabarum, idem qui apud Platonē, ὀνομάτων θηρευτὴς, aut vno vocabulo, ὀνοματοθήρας apud Athenæum. Quod hominum genus graphice is author depingit, libro tertio δειπνοσοφ. niſi mauelis *aucupem ſyllabarum* ideo dici a Cicerone, quod formulæ ex antiquæ vſu ac tritura forenſi tam familiares eſſent, & notæ in vulgus, vt nō iam integris, & plene conſcriptis elementis, ſed notis tantum ac ſyllabis proponerentur, quarum veſtigia & reliquiæ non paucæ extant in Iſidori, Pauli Diaconi, & aliorum libris.

Iuuenalis locus è duobus Græcis, vt videtur, imitatus. CAP. IV.

PEntheum fingunt Poëtæ, dum furiis ageretur, ob læſum Bacchi numen, geminos ſoles & duplices Thebas aſpexiſſe, more ſcilicet temulentorum hominum, quibus, vt ait Iuuenalis,

--- *Totum vertigine tectum*
Ambulat & geminis exurgit menſa lucernis.

Primū illud, (nempe) *tectum vertigine ambulans,* Theogniti acceptum referri debet, cuius hæc circumferuntur.

ὀινοβαρέω κεφαλὴν, ὀνομάκριτε, καὶ με βιᾶται
οἶνος, ἀτὰρ γνώμης οὐκ ἔτ' ἐγὼ ταμίης
ἡμετέρης. τόδε δῶμα περιτρέχει.

Geminas vero *lucernas* illucere facit ebrio Iuuenalis, quia eiuſmodi homines plura ſibi videntur habere capita, vt ille apud Menandrum,

ἀνίσταμαι γοῦν τέτταρας κεφαλὰς ἔχων.

Animum libro ſimilem eſſe; multis Græcorum ſcriptorum allata lux. CAP. V.

IN ſcholis Philoſophorum, in quibus ſæpe verſatus fuerat, audierat Æſchylus multas, eaſque graues de animorum natura, de diſcendi reminiſcendique, & aliis eorumdem facultatibus diſputationes, & denique illos libro nonnumquam apprime comparari, ea potiſſimū parte, cui ſenſuum opera, & miniſterio, tanquam ſtylo inſcripta ea omnia, quæ apud nos geruntur, aut dicuntur, inhærent. Vnde factum eſt, vt quoties ſe ſe præbet occaſio, de animo, & ea illius δυνάμει, quam memoriam vocamus, tanquam de libro aut charta, cui aliquid inſcribēdum eſt, loquatur Æſchylus, vt eo loco quo iubet Prometheus Chorum Oceanitidum Nympharū, ea quæ dicturus erat, ἐγγράφειν μνήμοσιν δέλτοις φρενῶν, & Choephoris, τοιαῦτ' ἀκούων ἐν φρεσὶ γράφου: Supplicibus, φυλάξαι τἀμ' ἔπη δελτουμένας. Denique, Eumenidibus, δελτογράφον φρένα appellat. Et hic quidem loquendi modus, vt efficaciſſimus eſt, & rei intelligendæ aptiſſimus, ita etiam frequens eſt apud alios plæroſque authores, vt apud Sophoclem in Philoctera.

καὶ ταῦτ' ἐπίστω, καὶ γράφου φρενῶν ἔσω.

Et apud Ariſtophanem, Crabronibus.

καὶ μὴν ὅσ' ἂν λέξῃ γ' ἁπλῶς μνημοσιώα
γράψοιμ' ἐγώ

Nec Poetis ſolum, ſed etiam proſæ orationis ſcriptoribus viſitatus, vt Xenophonti. εἰ μέλλουσι, inquit, τοιαῦται διάνοιαι ἐγγραφήσεσθαι ἀνθρώποις καὶ ἔμμονοι ἔσεσθαι. Quo loco improbe fe- *Cyriped. 3. pag. H. S. 50.*

cerunt, qui cum loquendi modum non intelligerent, repoſuerunt ἐνζαφήσεσθαι pro ἐγγραφήσεσθαι. Plutarchus de Platone agens in Siciliam ad Dionyſium migrante, vt eum ſua conſuetudine & alloquijs a vitæ anteactæ turpitudine, ad meliorem frugem reuocaret, εὗρε Διονύσιον, ait, ὥσπερ βιβλίον παλίμψηστον ἤδη μολυσμῶν ἀνάπλεον, καὶ τὴν βαφὴν ἀνιέντα τῆς τυραννίδος. Et alibi cæteros omnes animi motus & ſimulachra, velut in aqua depicta facile euaneſcere, ſolas τῶν ἐρωμένων imagines, in amantium animis, οἷον ἐν ἐγκαύμασι γραφομένας διὰ πυρός, intactas remanere & integras. Quin autem à Philoſophis multa, in eam rem dicta, & notata fuerint, dubium non eſt, & patet ex Ariſtotele, libro περὶ μνήμης, & ex Platone, pluribus locis, præſertim in Philebo, vbi Socrates, δοκεῖ μοι, inquit, τότε ἡμῶν ἡ ψυχὴ βιβλίῳ τινὶ προσεοικέναι, *&c.* Hoc tantum inter magiſtri & diſcipuli, de animi libro, opinionem, differentiæ fuit, quod ille vt ſuam ἀνάμνησιν introduceret, animum tabulæ raſæ comparabat, hic autem γραμματείῳ ᾧ μηδὲν ὑπάρχει ἐντελεχείᾳ γεγραμμένον. ſimilem eſſe aſſerebat.

Pallas Myndia: duobus locis correctus & explicatus Lycophron. CAP. VI.

EMeritis ſtipendiis, functiſque miſſionum cõmodis, vacatione donati milites & ſacramento ſoluti, ſcuta, gladios, tela, thoracas, & reliqua, quibus in bello vſi fuerant, Diis Laribus vouere ſolebant, vt & Duces re bene geſta, ſuperatiſque hoſtibus, Deo cuipiam, ſiue id religionis cauſa facerent, ſiue ad perpetuam rei memoriam, ſpolium

aliquod in victoriæ reportatæ ſignum appendebant. Vnde teſtatur Plutarchus, Niciæ clypeum, auro & purpura intertextum, tholo cuiuſdam tẽpli, Syracuſis, etiam ſuis temporibus appenſum fuiſſe. Sed & rude donati gladiatores Herculi, nautæ & piſcatores Neptuno, venatores Dianæ, vinitores Baccho, hortulani Priapo, & alij quiuis artifices præſuli ſuæ artis numini ſua inſtrumenta cõſecrabant, vt patet innumeris exemplis, quæ toto libro ſexto Anthologias extant. Eum vero etiam ritum obſeruari facit ab Epeo, equi Troiani architectone, Lycophron his verſibus.

τὰδ' ἐργαλεῖα τοῖσι τρῆνας βρέτας
τεύξει ποτ' ἐγχώροισι μέρμερον βλάβην
καθιερώσει μυδίας ἀνακτόροις.

At ibi, μυδίας, corrupta vox eſt, legendumque μυνδίας: Myndus enim ſi Stephano, Straboni, Melæ, Plinio, & alijs credimus, vrbs eſt Cariæ, in qua colebatur Minerua, aut forte e qua oriundus fuit Epeus, licet ſciam alios Phocenſem eſſe velle. Meminit illius vrbis Seneca libro tertio natur. quæſt. narratque rem quamdam inſolitam & mirabilem circa eam contigiſſe, ſcilicet eo loci, immẽſam quamdam aquarum vim, e ſubterraneis ſpecubus in quibus deliteſcebat, erupiſſe, ſecumque ingentem piſcium multitudinem extuliſſe: piſces vero illos in vmbra ſaginatos quicumque comediſſent, omnes ad vnum perijſſe. Theocritus.

πᾶσαν ἔχει με τάλαιναν ὁ μύνδιος.

Et ibi eius interpres, cuius verba omitto. Alibi adhuc in Myndiæ Palladis nomine, diuerſa tamen ratione, erratum inuenio, apud Lycophronem,

δύμεγα δὲ σμιὸν μαδία παλληνὶς
πατρῷ ἄγαλμα τ' ἐγκατοικεῖ θεῶν.

Scribendum omnino μυνδία, non μωδία & in futuro, ἐγχατοικιεῖ, tum quia id verſus ratio poſtulat, tum quod toto eo Poemate vaticinari & futura prænuntiare fingitur Caſſandra. Cur autem Palladi potius, quam alteri Deorum, inſtrumenta illa ſua, quibus equum Dureum confecerat, dicauerit Epeus, ſi quis quærat, duæ ſunt in promptu cauſæ. Prima, quod omnium opificiorum inuentrix Pallas eſſe crederetur, ideoque à Græcis ἐργάνη dicta. Secunda, quod ab ea, de viliſſimo coquo, factus eſſet Epeus inſignis artifex. Steſichorus, ὤκτειρε γὰρ αὐτὸν ὕδωρ αἰεὶ φορέοντα Διὸς κούρα βασιλεῦσι. Quodque eius ope & auxilio, cum Troianis infenſa eſſet, equum illum ſuum extruxiſſet Epeus, vt clare innuit Euripides in Troadibus.

> φωκεὺς ἐπειὸς μηχαναῖσι παλλάδος
> ἐγκύμον' ἵππον τευχέων ξυναρμόσας
> πύργων ἔπεμψεν ἐντὸς ὀλέθριον βάρος.

De Baſiis quædam ſcitu non indigna: & menda de Euripidis verſu ſublata.

CAP. VII.

APtiſſima ſimilitudine Socrates, alicubi apud Xenophontem, oſculum comparat morſui minutiſſimi ſerpentis, quod φαλάγγιον vocat, cuique id eſſe proprium & peculiare aſſerit, vt ſi quem ore ſuo, vel minimum, attigerit, eum & cruciatibus afficiat maximis, & de ipſo etiam mentis ſtatu deiiciat. Sane conſtat apud Poëtas, ſæpius amantes conqueri, ereptam ſibi baſio extortamque animã, vt in Epigrammate Lucillij.

> ψαύει δ' οὐκ ἄκροις τοῖς χείλεσιν· ἀλλ' ἐρύσασα
> τὸ στόμα, τὴν ψυχὴν ἐξ ὀνύχων ἀνάγει.

Et

Et Plato ipſe, qui amatorio quoque œſtro nonnumquam perculſus fuit, fatetur ſibi dum Agathoni ſuo oſculum daret, animam ad primora vſque labra deueniſſe, velut ſtatim exceſſuram abituramque.

τὴν ψυχὴν Ἀγάθωνα φιλῶν ἐπὶ χείλεσιν ἔσχον·
ἦλθε γὰρ ἡ τλήμων ὡς διαβησομένη.

Quod diſtichum, vt mirabili quodam nitore ac elegantia præcellit, ita dignum fuit, cui Latine vertendo aliquid olei & temporis impenderetur: quod factum fuiſſe iampridem, Gellius teſtatur, apud quem id diſtichum, in plures verſiculos pari lepore notabiles fuſius liberiuſque redditum inuenitur. Quin & eandem ſermonis venuſtatem æmulati ſunt & imitati orationis ſolutæ ſcriptores, inter quos Ariſtenœtus (quem qui nobis e βιβλιοτάφων ſitu erutum dedere, ne digni ſunt quos Gratiæ Veneres, & Amores omnes ſempiternæ hominum memoriæ conſecratos velint) eo progreditur, vt dicat id velle & poſſe oſculum, vt labra collidendo, & velut colligando, non ſolum corporum, ſed etiam animorum mixturam quamdam operetur. ἀλλήλων συναπέλαυον, ait, ἄμφω οὐ μόνον στέρνω ἁρμόζοντες, ἀλλὰ καὶ φιλήμασιν ἐπισυνάπτοντες τὰς ψυχάς· τοῦτο γὰρ φίλημα δύναται καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ βούλεται. σπεύδουσιν αἱ ψυχαὶ διὰ τῶν στομάτων πρὸς ἀλλήλας, καὶ περὶ τὰ χείλη συναντῶσι, καὶ ἡ μίξις οὕτω γλυκεῖα γίνεται τῶν ψυχῶν. Præclarum plane & ingenioſum commentum, quod adhuc apertius nitidiuſque proſequitur Phauorinus, apud Stobæum, his verbis, τί γὰρ ἄλλο ποιοῦσιν οἱ τῷ στόματι

ψάϑοντες; συνάπλουσι τὰς ψυχάς· εἰ γὰρ θέμις ἦν τὸ σῶμα ὑπερβῆναι. νῦν δὲ ἐοίκασι περὶ τὸ σῶμα λιπαρεῖν ὡς ἐπὶ θύρας. Quaſi velit animas androgyni Platonici, & priſcæ illius naturæ memores, mutua quadam cupidine teneri, *καὶ ποθεῖν τὸ ἥμισυ αὐτῶν*, & in vnum idemque corpus rurſus coaleſcere velle, & denique, vt Plato loquitur *ἓν ἐκ δυοῖν γεγονέναι.* Contigit autem, vt quia propter mutuum cum oris contactum, qui fit labris hinc inde baſiọ colliſis, videtur quaſi quidpiã guſtari ac propinari, frequenter apud bonos authores, Poëtas præſertim Græcos, à poculis & propinatione, cum de baſiis mentio fit, crebræ eæque elegantes ſumantur Metaphoræ, vt apud Leontium.

ψαῦε μελισταγέων στομάτων δέπας

Et apud optimum Epigrammatiſten Meleagrum.

ὄλβιον εἶθ' ὑπ' ἐμοῖς χείλεσιν χείλεα θεῖσα,
ἀπνευστὶ ψυχὰν τὰν ἐν ἐμοὶ προπίοι.

Hinc quoque illud, quod citatur ex authore anonymo.

χθὲς ἡνίκ' ἐφίλησεν ὑφεῖρπε χείλεσιν ὑγροῖς,
νέκταρ ἦν τὸ φίλημα· τὸ γὰρ στόμα νέκταρος ἔπνει,
καὶ μεθύω τὸ φίλημα, πολὺν τὸν ἔρωτα πεπωκώς.

En etiam Ariſtenætum diſertiſſimum harum nequitiarum ſcriptorem, *καταπίνοντες τὰ φιλήματα, καὶ τὸν οἶνον τοῖς χείλεσι κεκραμένον καὶ μίσγει καὶ αὐτῆς παραπέμπον τῆς καρδίας.* At non ſolũ labris, verum etiam oculis ipſis amorem ebibi ac imbibi volunt Poëtæ: Euripides in Iphig. in Aulide,

— ὃς τᾶς Ἑλένας

ἐν ἀνlωποῖς βλεφάροισιν
ἔρωlα πέπωγες.

Siquidem ita legendum eſt, non vt vulgo in omnibus editionibus, δέδωκες, & ad eius inſtar effictũ videtur illud Virgilianum.

-- Noctem ſermone trahebat,
Infelix Dido, longumque bibebat amorem.

Homeri & Pindari verſus emendati & explicati. CAP. VIII.

NOta ſunt, quæ de Coronide Æſculapij matre narrantur a Poetis, & vt illa, poſt amatorios Phœbi amplexus, ſiue numinis contemptu, ſiue amoris impotentia & furore victa, profanato Dei ſemine, ſecundas iam grauida nuptias fecit, & quæ demum tam improbum facinus pœna vindicarit. Quis autem is fuerit, cum quo concubuit Coronis nullus, quod ſciam, præter Homerum & Pindarum aperte indicauit. Verſus Homeri ſunt hi, hymno in Apollinem.

ἠὲ σ' ἐνὶ μνηστῆρσιν ἀείδω ἠ φιλότητι,
ὁππόσ' ἀνωόμενος ἔκιες ἀζάντιδα κούρην
ἴσχυ' ἅμ' ἀντιθέῳ ἐλατιονίδῃ.

Vbi nominari vides Iſchyn Elationis filium, eumque Apollinis ἀντίθεον vocari, hoc eſt, riualem, non vt vulgo vertunt interpretes, Dijs æqualem. Sed putarim legendum in ſecundo carmine.

ὥς ποτε μνωόμενος ἔκιες ἀζανίδα κούρην.

Vt Coronidem vocet Homerus Azanida, non Azantida puellam: nempe ab Azano, ſiue vt vult Herodotus, Æzano, monte Arcadiæ, à quo & vrbs proxima, & magna pars illius prouinciæ nomen accepit, quique, ſi Euſtathio Dionyſij περιηγήσεως

interpreti credimus, ἀζηνὶς ἐκαλεῖτο διὰ τὴν ἄζαν, ὅ ἐστι διὰ τὴν ξηρασίαν, καὶ ἔθνος οἱ ἀζᾶνες αὐτόθι μέχρι καὶ νῦν ὧδε λεγόμενοι. Ex Arcadia vero veniſſe Iſchyn docet Pindarus, qui eum ξένον ἀπ' ἀρκαδίας appellat, imo etiam regem Arcadum facit,

Olymp. Ode 6.

---- ἐκέλευσεν, ait,
ἥρωϊ πορσαίνειν δόμον εἰλαΐδα
βρέφος γ' ὅς ἀνδρῶν ἀρκάδων ἄνασσε φαισαίνα, λάχε τ' ἀλφειὸν οἰκεῖν.

Et quidem ſponſionem faciam, mendam eo loco eſſe, legendumque, ἀρκάδων ἄνασσεν αἰζάνω, cum ita eum montem vocet Herodotus, non φαιζάνην. Azanidem ergo puellam appellat Homerus Coronidem, à nomine illius regionis, cui dominabatur procus & amaſius eius Iſchys. Excuti mihi tamen non poteſt, quin in Homero potius legendum ſit,

--- ἔχιες ἐς ἀβαντίδα χώρην.

ἀβαντίς, ſeu ἀβαντιάς, patronymicum eſt, ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῇ ἔθους τῶν ἀβάντων, prius dicta Eubœa, authore Stephano, περὶ πόλ. in qua regnauit Phlegyas Coronidis pater, Martis & Chryſes filius; cuius etiam partem faciebat vrbs Bœbe, & eius nomine nuncupatus Bœbias fluuius, apud quem educatam fuiſſe Coronidem, innuit alibi idem Pindarus, & totam eam fabulam fuſe exponit.

Pyth. Ode 3.

---- ἐπεὶ
παρὰ Βοιβιάδος
κρημνοῖσιν ᾤκει παρθένος.

Homerus tamen hymno in Æſculapium, ait eum à Coronide genitum δωτίῳ ἐν πεδίῳ. Dotium

autem vrbs eſt Theſſaliæ non Eubœæ. Sed in his diutius non moror.

Virgea flamma, πώγων πυρὸς, *Virgata ſagula.* CAP. IX.

Æstuantem Turnum & clamantem arma, comparat Virgilius lebeti aqua pleno, & ignibus ſuppoſitis ferventi,

--- Magno veluti cum flamma ſonore Lib. 7. Æn.
Virgea ſuggeritur coſtis vndantis aheni.

Quo loco nugatur Seruius, & eo, credo, die coquum egerat, quo ſtilum in manus ſumpſit, vt ſcriberet virgeam flammam dici e viminibus vel virgis factam, quod inde ſit validior. Flammam enim virgeam vocauit Virgilius eam, quæ dum fortior eſt & validior, lebete ſuper impoſito velut retuſa, ſe ſe in radios quoſdam ſeu virgas igneas circumquaque difundit. πώγωνα πυρὸς, non minus apta & efficaci tranſlatione, vocant Græci, vt notat Pollux, ἐν δὲ τῇ τραγῳδίᾳ πώγων πυρὸς ἡ εἰς ὀξὺ ἀναδρομὴ τῆς φλογός. Locum quem intelligit Pollux, hic eſt, ex Æſchyli Agamemnone.

πέμπουσι δ' ἀνδαίοντες ἀφθόνῳ μένει
φλογὸς μέγαν πώγωνα

Imitatione *virgeæ flammæ*, vt opinor, optime Silius Italicus deſcribẽs habitum & ornatum Chryxi, hominis Galli, quique ataui Brenni, vt ait ille, ſe ſtirpe ferebat, dat ei veſtes auro virgatas.

Auro virgatæ veſtes, manicæque rigebant
Ex auro.

Solebant enim antiquitus Galli geſtare ſagula bõbycinis, aureis, & aliis huiuſmodi virgis ſeu limbis ſegmentata. Sidonius Apollinar. *Viridantia ſaga*

limbis marginata puniceis. Diodorus Siculus, ῥαβδωτοὶ, πλινθίοις πολυανθέσι καὶ πυκνοῖς διειλημμένα. Neque placet viri doctiſſimi interpretatio, qui per παρύφας πορφυρᾶς, quas alibi idem author ait frequentes fuiſſe in Gallorum ſagis, intelligi vult maculas quaſdam quadratas, reticulate diſtinctas: Cũ πάρυφοι πορφυραῖ nihil aliud vere ſint, quam virgæ & ſegmenta illa, quæ veſtibus etiam hodie apud nos ſuperaſſuuntur. Certe ita explicat ipſe Pollux, cui aſſentior, αἱ μέν τοι, inquit, ἐν τοῖς χιτῶσι πορφυραῖ ῥάβδοι, πάρυφοι καλοῦνται. Quo modo intelligendus quoque eſt Athenæi locus, vbi ſumptuariæ cuiuſdam legis mentionem facit, qua Syracuſanis mulierculis ornatus omnis & ſumptus prohibitus erat, niſi pudoris iacturam facere vellent, & pro meretricibus haberi. Sic ille, ἐν δὲ Συρακουσίοις νόμος ἦν τὰς γυναῖκας μὴ κοσμεῖσθαι χρυσῷ, μηδ' ἀνθινὰ φορεῖν, μηδ' ἐσθῆτας ἔχειν πορφυρᾶς ἐχούσας παρυφάς, ἐὰν μή τις αὐτῶν συγχωρῇ ἑταίρα εἶναι κοινή. Narrat etiam Cedrenus Tiberij edicto cautum fuiſſe, ne quis aliter purpura vteretur, quam in ſegmentis veſtibus aſſuendis duos tantum digitos latis, vocatque διδακτυλίους ὄρας.

Scal. coniect. in Var.

Lib. 7. Ono.

In vita Tiber.

Quod Alexander ab Alexandro de aſpera ac dura puerorum apud quaſdam gentes inſtitutione tradidit, Poetarum Græcorum authoritate confirmatum.

CAP. X.

SVus ſemper cuique nationi mos, ſuæ leges, & certa quædam inſtituta fuere in liberis alendis atque educandis. Id vero præ cæteris laude & ad-

miratione dignum eſt, quod Alexander ab Alexandro, libro genialium dierum ſecundo, tribuit iis, qui apud Baleares inſulas degunt. *Tenet fama,* inquit, *apud Baleares, matres pueros infantes ab ipſis incunabulis, his diſciplinis aſſuefacere, vt niſi oblatum cibum baculo aut funda petierint prius, cibo veſci prohibeant. Quem vſum vetuſtiſſimum apud Cadurcos, Acarnanas, atque Æthiopas inualiſſe legimus, & vt ſaxa ingentia fundis intorquere, aut ſagittas & iacula ingentis ponderis vibrare a teneris edifcant.* Quæ conſuetudo, vt ad iaculandi artẽ, & bellicos ſudores mature noſcendos plurimum conferre poterat, ita quoque multis variiſque populis viſitatam fuiſſe credibile eſt. Eam ſane non Balearibus, ſed Bæotis adſcripſit Lycophron, & his verſibus, qui in eius Alexandra, ſeu, vt alij malunt, Caſſandra, extant, elegantiſſime deſcribit. Cap. 25.

ὧν αἱ τεκοῦσαι τὴν ἐκηβόλον τέχνην
ἄδορπα παιδεύουσι νηπίους γόνους·
οὐ γάρ τις αὐτῶν ψίζεται πύρνον γνάθῳ· pag. edit. Frob. 93.
πρὶν ἂν κρατήσῃ ναστὸν εὐστόχῳ λίθῳ
ὑπὲρ τράφηκος σῆμα κείμενον σκοποῦ.

Ad quam puerorum inſtituendorum rationem & normam proxime videntur accedere exercitia illa quibus Parthi liberos ſuos bellicis laboribus aſſuefaciendos curabant, vt teſtatur Dionyſius, ἐν περιηγήσει.

----ἐκ δὲ γενέθλης
νηπίαχοι τόξοισι καὶ ἱπποσύνῃσι μέλονται.

Tum ſubiungit,

---οὐ γάρ σφισι θέμις δόρποιο πάσασθαι,
πρὶν πολέμου μόχθοισι χέρην ἱδρῶτι παλῆναι. pag. 130. H. S.

Cui ſimile etiam eſt, quod de Ægyptiis idem author refert, eos, ſcilicet, impuberes natos ita exercere ſolitos, vt niſi centum octoginta ſtadia curſu confeciſſent, cibum capere nullo modo ſinerent. Enimvero forte quiſpiam hæc eſſe barbarorũ hominum, rigida nimis ac prædura vitam agendi rudimenta iudicabit, potioreſque videbuntur & imitatione digniores eæ Cretenſium, & Perſarum leges, ab eodem Alexandro, poſt Xenophontem & Ælianum, memoriæ commendatæ. Quorum illi quidem a magiſtris doceri primum leges volebãt, deinde hymnos in Deorum honorẽ compoſitos, tũ denique fortiũ virorum laudes & encomia, modulatis vocibus & cantiunculis, quo & ea omnia firmius hærerẽt, & pueri ex ſtudio ipſo voluptatẽ quamdam capientes, ei libentius, attentiuſque incumberent. Horum vero liberi, ab ineuntate ætate, iuſtitiam colere diſcebant, & vera loqui, tamque frugali victu contenti eſſe, ὥϛε κάρδαμον μόνον ἔχειν ἐπὶ τῷ σίλῳ, καὶ πίνειν ὕδωρ, tum demum equitandi, iaculandi, & currendi exercitationes ita aſſidue vſurpare, & eam corpore ſiccitatem conſequi, vt neque ſpuerentur, neque emungerentur, ſufflatoque corpore eſſent.

Iram in fæmina odio & pudore mixtam maxime periculoſam eſſe, Euripidis, Senecæ, Iuuenalis, & Naſonis authoritate comprobatum. CAP. XI.

FOEminam zelotipya laborantem periculi longe maioris loco habendam eſſe, experientiã ipſa teſtatur: At eam quæ non imaginarium tantũ & falſum dolorẽ patitur, ſed vere in re thori offen-

ſam accepiſſe ſe noſcit, ac moleſte fert, malis omnibus acerbiorem, magiſque metuendam eſſe innuit Iuuenalis.

---- Mulier ſæuiſſima tunc eſt, *Sat. 10.*
Cum ſtimulos odio pudor admouet.

Et multo clarius Euripides, in Medea.

γύνη γὰρ ἐστὶ τἄλλα μὲν φόβου πλέα·
κακὴ δ' ἐς ἀλκὴν καὶ σίδηρον εἰσορᾶν,
ὅταν δ' ἐς εὐνὴν ἠδικημένη κυρεῖ
οὐκ ἔστιν ἄλλη φρὴν μιαιφονωτέρα.

Quæ ſic imitatus videtur Latinus Tragœdiographus, in Hercule Oeteo: ſi tamen id opus ſuppoſititium non eſt, nec falſo Senecæ tribuitur, quod viderint alij.

O quam cruentus fœminas ſtimulat dolor
Cum patuit vna pellici & nupta domus,
Scylla & Charybdis Sicula contorquens freta
Minus eſt timenda, nulla non melior fera eſt.

Quin etiam à Naſone idem pronuntiatum inuenitur, libro ſecundo de arte.

Sed neque fuluus aper media tã ſæuus in ira eſt,
Fulmineo rapidos cum rotat ore canes,
Fœmina quam ſocij deprenſa pellice lecti
Ardet, & in vultu pignora mentis habet,
In ferrum flammaſque ruit, poſitoque timore
Fertur, vt Aonij cornibus icta Dei.

Cur Demoſthenes in oratione funebri Bacchum nominare vereatur, quæſita cauſa, & alia quædam in eam rem notata.

CAP. XII.

NOn ſemel venit mihi in mentem, ſciſcitari, cur Græcus Orator in ea Tribuum Atheniẽ-

Scribendum omnino μυνδία, non μωδία & in futuro, ἐγχατοικιεῖ, tum quia id verſus ratio poſtulat, tum quod toto eo Poemate vaticinari & futura prænuntiare fingitur Caſſandra. Cur autem Palladi potius, quam alteri Deorum, inſtrumenta illa ſua, quibus equum Dureum confecerat, dicauerit Epeus, ſi quis quærat, duæ ſunt in promptu cauſæ. Prima, quod omnium opificiorum inuentrix Pallas eſſe crederetur, ideoque à Græcis ἐργάνη dicta. Secunda, quod ab ea, de viliſſimo coquo, factus eſſet Epeus inſignis artifex. Steſichorus, ᾤκτειρε αὐτὸν ὕδωρ αἰεὶ φορέοντα Διὸς κούρα βασιλεῦσι. Quodque eius ope & auxilio, cum Troianis infenſa eſſet, equum illum ſuum extruxiſſet Epeus, vt clare innuit Euripides in Troadibus.

> φωκεὺς ἐπειὸς μηχαναῖσι παλλάδος
> ἐγκύμον' ἵππον τευχέων ξυναρμόσας
> πύργων ἔπεμψεν ἐντὸς ὀλέθριον βάρος.

De Baſiis quædam ſcitu non indigna: & menda de Euripidis verſu ſublata.

Cap. VII.

Aptiſſima ſimilitudine Socrates, alicubi apud Xenophontem, oſculum comparat morſui minutiſſimi ſerpentis, quod φαλάγγιον vocat, cuique id eſſe proprium & peculiare aſſerit, vt ſi quem ore ſuo, vel minimum, attigerit, eum & cruciatibus afficiat maximis, & de ipſo etiam mentis ſtatu deiiciat. Sane conſtat apud Poëtas, ſæpius amantes conqueri, ereptam ſibi baſio extortamque animã, vt in Epigrammate Lucillij.

> ψαύει δ' οὐκ ἄκροις τοῖς χείλεσιν, ἀλλ' ἐρύσασα
> τὸ στόμα, τὴν ψυχὴν ἐξ ὀνύχων ἀνάγει.

Et

Et Plato ipſe, qui amatorio quoque œſtro nonnumquam perculſus fuit, fatetur ſibi dum Agathoni ſuo oſculum daret, animam ad primora vſque labra deueniſſe, velut ſtatim exceſſuram abituramque.

τὴν ψυχὴν ἀγάθωνα φιλῶν ἐπὶ χείλεσιν ἔσχον.
ἦλθε γὰρ ἡ τλήμων ὡς διαβησομένη.

Quod diſtichum, vt mirabili quodam nitore ac elegantia præcellit, ita dignum fuit, cui Latine vertendo aliquid olei & temporis impenderetur: quod factum fuiſſe iampridem, Gellius teſtatur, apud quem id diſtichum, in plures verſiculos pari lepore notabiles fuſius liberiuſque redditum inuenitur. Quin & eandem ſermonis venuſtatem æmulati ſunt & imitati orationis ſolutæ ſcriptores, inter quos Ariſtenœtus (quem qui nobis e βιβλιοτάφων ſitu erutum dedere, ne digni ſunt quos Gratiæ Veneres, & Amores omnes ſempiternæ hominum memoriæ conſecratos velint) eo progreditur, vt dicat id velle & poſſe oſculum, vt labra collidendo, & velut colligando, non ſolum corporum, ſed etiam animorum mixturam quamdam operetur. ἀλλήλων συναπέλαυον, ait, ἄμφω οὐ μόνον στέρνα ἁρμόζοντες, ἀλλὰ καὶ φιλήμασιν ἐπισυνάπτοντες τὰς ψυχάς· τοῦτο γὰρ φίλημα δύναται καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ βούλεται. Σπεύδουσιν αἱ ψυχαὶ διὰ τῶν στομάτων πρὸς ἀλλήλας, καὶ περὶ τὰ χείλη συναντῶσι, καὶ ἡ μίξις οὕτω γλυκεῖα γίνεται τῶν ψυχῶν. Præclarum plane & ingenioſum commentum, quod adhuc apertius nitidiuſque proſequitur Phauorinus, apud Stobæum, his verbis. τί γὰρ ἄλλο ποιοῦσιν οἱ τῷ στόματι

ψάθοντες; συνάπἴουσι τὰς ψυχάς· εἰ γὰρ θέμις ἦν τὸ σῶμα ὑπερβῆναι. νῦν δὲ ἐοίκασι περὶ τὸ σῶμα λιπαρεῖν ὡς ἐπὶ θύρας· Quaſi velit animas androgyni Platonici, & priſcæ illius naturæ memores, mutua quadam cupidine teneri, καὶ ποθεῖν τὸ ἥμισυ αὑτῶν, & in vnum idemque corpus rurſus coaleſcere velle, & denique, vt Plato loquitur ἐν ἐκ δυοῖν γεγονέναι. Contigit autem, vt quia propter mutuum eum oris contactum, qui fit labris hinc inde baſio colliſis, videtur quaſi quidpiã guſtari ac propinari, frequenter apud bonos authores, Poëtas præſertim Græcos, à poculis & propinatione, cum de baſiis mentio fit, crebræ eæque elegantes ſumantur Metaphoræ, vt apud Leontium.

ψαῦε μελισταγέων στομάτων δέπας

Et apud optimum Epigrammatiſten Meleagrum.

ὄλβιον εἴθ' ὑπ' ἐμοῖς χείλεσιν χείλεα θεῖσα,
ἀπνευστὶ ψυχὰν τὰν ἐν ἐμοὶ προπίοι.

Hinc quoque illud, quod citatur ex authore anonymo.

χοῦ ῥηνπίς μ' ἐφίλησεν ὑφ' ἑσπέρα χείλεσιν ὑγροῖς,
νέκταρ ἦν τὸ φίλημα· τὸ γὰρ στόμα νέκταρος ἔπνει,
καὶ μεθύω τὸ φίλημα, πολὺν τὸν ἔρωτα πεπωκώς.

En etiam Ariſtenætum diſertiſſimum harum nequitiarum ſcriptorem, καταπίνοντες τὰ φιλήματα, καὶ τὸν οἶνον τοῖς χείλεσι κεκραμένον καὶ μέχρι καὶ αὐτῆς παραπέμπον τῆς καρδίας. At non ſolũ labris, verum etiam oculis ipſis amorem ebibi ac imbibi volunt Poëtæ: Euripides in Iphig. in Aulide,

— ὃς τοῖς ἐλένας

ἐν ἀνλωποῖς βλεφάροισιν
ἔρωτα πέπωκας.

Siquidem ita legendum eſt, non vt vulgo in omnibus editionibus, δέδωκας, & ad eius inſtar effictũ videtur illud Virgilianum.

-- Noctem ſermone trahebat,
Infelix Dido, longumque bibebat amorem.

Homeri & Pindari verſus emendati & explicati.
CAP. VIII.

NOta ſunt, quæ de Coronide Æſculapij matre narrantur a Poetis, & vt illa, poſt amatorios Phœbi amplexus, ſiue numinis contemptu, ſiue amoris impotentia & furore victa, profanato Dei ſemine, ſecundas iam grauida nuptias fecit, & quæ demum tam improbum facinus pœna vindicarit. Quis autem is fuerit, cum quo concubuit Coronis nullus, quod ſciam, præter Homerum & Pindarum aperte indicauit. Verſus Homeri ſunt hi, hymno in Apollinem.

ἠέ σ' ἐνὶ μνηστῆρσιν ἀείδω καὶ φιλότητι,
ὁππότ' ἀνωόμενος ἔκιες ἀζάντιδα κούρην
ἰσχύ, ἅμ' ἀντιθέῳ ἐλατιωνίδῃ.

Vbi nominari vides Iſchyn Elationis filium, cumque Apollinis ἀντίθεον vocari, hoc eſt, riualem, non vt vulgo vertunt interpretes, Dijs æqualem. Sed putarim legendum in ſecundo carmine.

ὥς ποτε μνωόμενος ἔκιες ἀζανίδα κούρην.

Vt Coronidem vocet Homerus Azanida, non Azantida puellam: nempe ab Azano, ſiue vt vult Herodotus, Æzano, monte Arcadiæ, à quo & vrbs proxima, & magna pars illius prouinciæ nomen accepit, quique, ſi Euſtathio Dionyſij περιηγήσεως

interpreti credimus, ἀζηνὶς ἐκαλεῖτο διὰ τὴν ἄζαν, ὅ ἐστι διὰ τὴν ξηρασίαν, καὶ ἔθνος οἱ ἀζᾶνες αὐτόθι μέχρι καὶ νῦν οὕτω λεγόμενοι. Ex Arcadia vero veniſſe Iſchyn docet Pindarus, qui eum ξένον ἀπ᾽ ἀρκαδίας appellat, imo etiam regem Arcadum facit,

Olymp. Ode 6.
---- ἐκέλευσεν, ait,
ἥρωϊ πορσαίνειν δόμον εἰλατίδα
βρέφος γ᾽ ὅς ἀνδρῶν ἀρκάδων ἄνασσε φαισάνα, λάχε τ᾽ ἀλφειὸν οἰκεῖν.

Et quidem ſponſionem faciam, mendam eo loco eſſe, legendumque, ἀρκάδων ἄνασσεν ἀιζάνῳ, cum ita eum montem vocet Herodotus, non φαιζάνην. Azanidem ergo puellam appellat Homerus Coronidem, à nomine illius regionis, cui dominabatur procus & amaſius eius Iſchys. Excuti mihi tamen non poteſt, quin in Homero potius legendum ſit,

--- ἔχιες ἐς ἀβαντίδα χώρην.

ἀβαντὶς, ſeu ἀβαντιὰς, patronymicum eſt, ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῇ ἔθνους τῶν ἀβάντων, prius dicta Eubœa, authore Stephano, περὶ πόλ. in qua regnauit Phlegyas Coronidis pater, Martis & Chryſes filius; cuius etiam partem faciebat vrbs Bœbe, & eius nomine nuncupatus Bœbias fluuius, apud quem educatam fuiſſe Coronidem, innuit alibi idem Pindarus, & totam eam fabulam fuſe exponit.

---- ἐπεὶ

Pyth. Ode 3.
παρὰ βοιβιάδος
κρημνοῖσιν ᾤκει παρθένος.

Homerus tamen hymno in Æſculapium, ait eum a Coronide genitum δωτίῳ ἐν πεδίῳ. Dotium

autem vrbs eſt Theſſaliæ non Eubœæ. Sed in his diutius non moror.

Virgea flamma, πώγων πυρὸς, *Virgata ſagula.* Cap. IX.

Æstuantem Turnum & clamantem arma, comparat Virgilius lebeti aqua pleno, & ignibus ſuppoſitis ferventi, Lib. 7. Æn.

--- Magno veluti cum flamma ſonore
Virgea ſuggeritur coſtis vndantis aheni.

Quo loco nugatur Seruius, & eo, credo, die coquum egerat, quo ſtilum in manus ſumpſit, vt ſcriberet virgeam flammam dici e viminibus vel virgis factam, quod inde ſit validior. Flammam enim virgeam vocauit Virgilius eam, quæ dum fortior eſt & validior, lebete ſuper impoſito velut retuſa, ſe ſe in radios quoſdam ſeu virgas igneas circumquaque difundit. πώγωνα πυρὸς, non minus apta & efficaci tranſlatione, vocant Græci, vt notat Pollux, ἐν δὲ τῇ τραγῳδίᾳ πώγων πυρὸς ἡ εἰς ὀξὺ ἀναδρομὴ τῆς φλογός. Locum quem intelligit Pollux, hic eſt, ex Æſchyli Agamemnone.

πέμπουσι δ᾽ ἀνδαίοντες ἀφθόνῳ μένει
φλογὸς μέγαν πώγωνα

Imitatione *virgeæ flammæ*, vt opinor, optime Silius Italicus deſcribẽs habitum & ornatum Chryxi, hominis Galli, quique ataui Brenni, vt ait ille, ſe ſtirpe ferebat, dat ei veſtes auro virgatas.

Auro virgatæ veſtes, manicæque rigebant
Ex auro.

Solebant enim antiquitus Galli geſtare ſagula bõbycinis, aureis, & aliis huiuſmodi virgis ſeu limbis ſegmentata. Sidonius Apollinar. *Viridantia ſaga*

limbis marginata puniceis. Diodorus Siculus, ῥαβδωτοὺς, πλινθίοις πολυανθέσι καὶ πυκνοῖς διειλημμένα. Neque placet viri doctiſſimi interpretatio, qui per παρύφους πορφυρᾶς, quas alibi idem author ait frequentes fuiſſe in Gallorum ſagis, intelligi vult maculas quaſdam quadratas, reticulate diſtinctas: Cũ πάρυφοι πορφυραῖ nihil aliud vere ſint, quam virgæ & ſegmenta illa, quæ veſtibus etiam hodie apud nos ſuperaſſuuntur. Certe ita explicat ipſe Pollux, cui aſſentior, αἱ μέν τοι, inquit, ἐν τοῖς χιτῶσι πορφυραῖ ῥάβδοι, πάρυφοι καλοῦνται. Quo modo intelligendus quoque eſt Athenæi locus, vbi ſumptuariæ cuiuſdam legis mentionem facit, qua Syracuſanis mulierculis ornatus omnis & ſumptus prohibitus erat, niſi pudoris iacturam facere vellent, & pro meretricibus haberi. Sic ille, παρὰ δὲ συρακουσίοις νόμος ἦν τὰς γυναῖκας μὴ κοσμεῖσθαι χρυσῷ, μηδ᾽ ἀνθινὰ φορεῖν, μηδ᾽ ἐσθῆτας ἔχειν πορφυρᾶς ἐχούσας παρυφάς, ἐὰν μή τις αὐτῶν συγχωρῇ ἑταίρα εἶναι κοινή. Narrat etiam Cedrenus Tiberij edicto cautum fuiſſe, ne quis aliter purpura vteretur, quam in ſegmentis veſtibus aſſuendis duos tantum digitos latis, vocatque διδακτυλίους ὄρνας.

Scal. coniect. in Var.

Lib. 7. Ono.

In vita Tiber.

Quod Alexander ab Alexandro de aſpera ac dura puerorum apud quaſdam gentes inſtitutione tradidit, Poetarum Græcorum authoritate confirmatum.

Cap. X.

Vus ſemper cuique nationi mos, ſuæ leges, & certa quædam inſtituta fuere in liberis alendis atque educandis. Id vero præ cæteris laude & ad-

miratione dignum eſt, quod Alexander ab Alexandro, libro genialium dierum ſecundo, tribuit iis, qui apud Baleares inſulas degunt. *Tenet fama*, inquit, *apud Baleares, matres pueros infantes ab ipſis incunabulis, his diſciplinis aſſuefacere, vt niſi oblatum cibum baculo aut funda petierint prius, cibo veſci prohibeant. Quem vſum vetuſtiſſimum apud Cadurcos, Acarnanas, atque Æthiopas inualiſſe legimus, & vt ſaxa ingentia fundis intorquere, aut ſagittas & iacula ingentis ponderis vibrare a teneris ediſcant.* Quæ conſuetudo, vt ad iaculandi artẽ, & bellicos ſudores mature noſcendos plurimum conferre poterat, ita quoque multis variiſque populis viſitatam fuiſſe credibile eſt. Eam ſane non Balearibus, ſed Bœotis adſcripſit Lycophron, & his verſibus, qui in eius Alexandra, ſeu, vt alij malunt, Caſſandra, extant, elegantiſſime deſcribit. Cap. 25.

ὧν αἱ τεκοῦσαι τὴν ἐκηβόλον τέχνην
ἄδορπα παιδεύουσι νηπίους γόνους·
οὐ γάρ τις αὐτῶν ψίζεται πύρνον γνάθῳ· pag. edit. Frob. 93.
πρὶν ἂν κρατήσῃ νάστον εὐστόχῳ λίθῳ
ὑπὲρ τράφηκος σῆμα κείμενον σκοποῦ.

Ad quam puerorum inſtituendorum rationem & normam proxime videntur accedere exercitia illa quibus Parthi liberos ſuos bellicis laboribus aſſuefaciendos curabant, vt teſtatur Dionyſius, ἐν περιηγήσει.

----ἐκ δὲ γενέθλης
νηπίαχοι τόξοισι καὶ ἱπποσύνῃσι μέλονται.

Tum ſubiungit,

---οὐ γάρ σφισι θέμις δόρποιο πάσασθαι,
πρὶν πολέμου μόχθοισι χέρην ἱδρῶτι παλῆναι. pag. 130. H. S.

Cui ſimilę etiam eſt, quod de Ægyptiis idem authorrefert, eos, ſcilicet, impuberes natos ita exercere ſolitos, vt niſi centum octoginta ſtadia curſu confeciſſent, cibum capere nullo modo ſinerent. Enimvero forte quiſpiam hæc eſſe barbarorũ hominum, rigida nimis ac prædura vitam agendi rudimenta iudicabit, potioreſque videbuntur & imitatione digniores eæ Cretenſium, & Perſarum leges, ab eodem Alexandro, poſt Xenophontem & Ælianum, memoriæ commendatæ. Quorum illi quidem a magiſtris doceri primum leges volebãt, deinde hymnos in Deorum honorẽ compoſitos, tũ denique fortiũ virorum laudes & encomia, modulatis vocibus & cantiunculis, quo & ea omnia firmius hærerẽt, & pueri ex ſtudio ipſo voluptatẽ quamdam capientes, ei libentius, attentiuſque incumberent. Horum vero liberi, ab ineuntate ætate, iuſtitiam colere diſcebant, & vera loqui, tamque frugali victu contenti eſſe, ὥστε κάρδαμον μόνον ἔχειν ἐπὶ τῷ σίτῳ, καὶ πίνειν ὕδωρ, tum demum equitandi, iaculandi, & currendi exercitationes ita aſſidue vſurpare, & eam corpore ſiccitatem conſequi, vt neque ſpuerentur, neque emungerentur, ſufflatoque corpore eſſent.

Iram in fæmina odio & pudore mixtam maxime periculoſam eſſe, Euripidis, Senecæ, Iuuenalis, & Naſonis authoritate comprobatum. CAP. XI.

FOEminam zelotipya laborantem periculi longe maioris loco habendam eſſe, experientiã ipſa teſtatur: At eam quæ non imaginarium tantũ & falſum dolorẽ patitur, ſed vere in re thori offenſam

ſam accepiſſe ſe noſcit, ac moleſte fert, malis omnibus acerbiorem, magiſque metuendam eſſe innuit Iuuenalis.

---- Mulier ſæuiſſima tunc eſt,
Cum ſtimulos odio pudor admonet. Sat. 10.

Et multo clarius Euripides, in Medea.

γύνη γὰρ ἐστι τἄλλα μὲν φόβου πλέα·
κακὴ δ᾽ ἐς ἀλκὴν καὶ σίδηρον εἰσορᾶν.
ὅταν δ᾽ ἐς εὐνὴν ἠδικημένη κυρῇ
οὐκ ἔστιν ἄλλη φρὴν μιαιφονωτέρα.

Quæ ſic imitatus videtur Latinus Tragœdiographus, in Hercule Oeteo: ſi tamen id opus ſuppoſititium non eſt, nec falſo Senecæ tribuitur, quod viderint alij.

O quam cruentus fœminas ſtimulat dolor
Cum patuit vna pellici & nupta domus,
Scylla & Charybdis Sicula contorquens freta
Minus eſt timenda, nulla non melior fera eſt.

Quin etiam à Naſone idem pronuntiatum inuenitur, libro ſecundo de arte.

Sed neque fuluus aper media tã ſæuus in ira eſt,
Fulmineo rapidos cum rotat ore canes,
Fœmina quam ſocij deprenſa pellice lecti
Ardet, & in vultu pignora mentis habet,
In ferrum flammaſque ruit, poſitoque timore
Fertur, vt Aonij cornibus icta Dei.

Cur Demoſthenes in oratione funebri Bacchum nominare vereatur, quæſita cauſa, & alia quædam in eam rem notata.

Cap. XII.

Non ſemel venit mihi in mentem, ſciſcitari, cur Græcus Orator in ea Tribuum Athenié-

ſium enumeratione, quam facit ἐν ἐπιταφίῳ λόγῳ, cum ad Oenidas peruenit, & de primo eius gentis authore, Baccho videlicet, ſermonem inſtituit, illum in funere & exequijs ſuo nomine nuncupare reformidet, quaſi quid indecorum ac irreligioſum facturus, οὐκ ἐλάνθανεν, ait, Οἰνεῖδας ὅτι Κάδμου μὲν Σεμέλη, τῆς δὲ υἱὸν ὄντα ὃν οὐ πρέπον ἐστὶν ὀνομάζειν, ἐπὶ τοῦδε τοῦ τάφου, τοῦδε Οἰνεὺς γέγονεν ὃς αὐτῶν ἀρχηγὸς ἐκαλεῖτο. Quidpiam hercle a ſtudioſa indagatione non alienum latere ſuſpicor in ijs verbis, in quæ cum primum incidiſſem, deinceps animaduerti, apud Poëtas præſertim Græcos, vbicumque de funere, aut re ſacra Dijs inferis, aut Manibus peragenda locus eſt, nullam vmquam Bacchi ſeu vini, quo tunc maxime veteres vtebantur, mentionem fieri, niſi in malam partem, ac per quaſdam verborũ ambages, quæ nauſeantis & indignantis animi ſignum aliquod præ ſe ferrent. vt apud Æſchylum, Perſis, Atoſſa Xerxis mater, ſtatim vbi reſciuit pedeſtrem filij exercitum ad Platæas, & naualem apud Salaminem fuſum fugatumque ab Athenienſibus fuiſſe, Darij coniugis manes placatura, & in auxilium vocatura, multa quidem inferiis faciendis parari iubet atque afferri, præcipue vero vinum vetus, quod ibi hac periphraſi deſcribitur.

pag. H. 5. ἀκήρατόν τε μητρὸς ἀγρίας ἄπο

154. ποτὸν παλαιᾶς ἀμπέλου γάνος τόδε.

Et apud Sophoclẽ in Oedipo Colon. μέθυ vocatur, eo loco, quo docet Oedipum Chorus, ἐν νηφαλίοις aquam melle mixtam, non autem vinum effundi oportere, cum Eumenides ſint ἄοινοι θεαί.

ὕδατος μελίσσης, μηδὲ προσφέρειν μέθυ.

Ita etiam loquitur Euripides, Alceſtide.

κρατῆρα δ' ἐν χείρεσσι κίσσινον λαβὼν,
πίνει μελαίνης μητρὸς εὔζωρον μέθυ.

Denique innumera in eam rem teſtimonia minimo negotio proferre poſſem, tum e tribus illis Tragicis, tum ab aliis, niſi indicaſſe ſufficeret. Sed longius, quam par eſt, euagamur. Inueſtiganda cauſa eſt, cur indecens ſibi fore crediderint veteres, Bacchum in funere nominare. Notandum igitur eſt, Bacchum olim exiſtimatum, non ſolum vitis palo maritandæ, ſed etiam ſerendi primum, & iungendi ad aratra boues, rationem inueniſſe, vt clare vult Tibullus, ſub nomine Oſiris, qui idem cũ Baccho.

Primus aratra manu ſolerti fecit Oſiris,
Et teneram ferro ſollicitauit humum:
Primus inexperta commiſit ſemina terræ,
Pomaque non notis legit ab arboribus.

Ideoque βουγενὴς à Poëtis dictus, & ab Athenienſibus βουζύγης; imo & locus, in quo primum iugati ſunt boues ad arandam terram, βουζύγιον, vt docet Plutarchus, ἐν γαμικοῖς παραγγέλμ. Vnde etiã in eius ſacris, ouum magna veneratione coli ſolitum, tanquam hominum creatoris, quod ex forma tereti ac vndique verſum clauſa quoddam mũdi ſimulacrum repræſentet. Cum igitur Bacchus vitis & ſegetum inuentor eſſet, tantiſque beneficiis vitæ Mortalium ſeruandæ author extitiſſet, nefas idcirco ac piaculum habitum fuit, nomen eius & numen, in re funebri, vel ſola pronuntiatione polluere. Neque tamen, vt nihil diſſimulem, Buzugis nomen in Bacchum conuenire, & Buzugem eundem cum Baccho eſſe facile conceſſerim, cum ſciam Buzugi illi Athenieñſi funera ipſa curæ fuiſſe,

vt notat Sophoclis Scholiaſtes, in Antigona, οἱ νεκρὸν ὁρῶντες ἄταφον εἶναι, καὶ μὴ ἐπαμῶσαι μόνοι κόνιν, ἐναγεῖς εἶναι ἐδόκουν. λόγος δὲ ὅτι Βουζύγης Ἀθήνησι κατηράσατο περιορῶσιν ἄταφον σῶμα. Itaque alteram, & quæ dumtaxat longe probabilior eſt, ſuperſtitioſi illius metus ſeu verecundiæ cauſam affero. Nempe quod cum ſoluendæ mœſtitiæ, fugandiſque ex animo curis & ſollicitudinibus natus ſit Bacchus, ideoque Lyæus dictus, male omnino inter gemitus & funera nominandus veniſſet. Tibullus.

Non tibi ſunt triſtes curæ, nec luctus, Oſiri,
Sed Chorus et cantus, ſed leuis aptus amor.

Apprime etiam in hanc rem Steſichorus, apud Plutarchum.

μάλα τοι μάλιστα παιγμοσύνας
φιλεῖ μολπάς τε βάκχος·
κήδεα δὲ στοναχάς τε
ἀΐδας ἔλαχεν.

Vnde opinor, factum apud Romanos, vt cœnantem pulla cum veſte diſcumbere nefas ducerent, ideoque crimini datum Vatinio a Cicerone, quod epulo Q. Atij atratus interfuiſſet. Hæc autem omnia, pro eo ſententiarum genere haberi nolim, à quibus, vt loquuntur Iuriſconſulti, appellare non licet, cum & ſtudioſos prouocandi excitandique maxime dicta ſint, & coram profitear, me, ſi quis quid melius afferat, ſtatim in eius partes, lætum lubentemque, diſceſſionem facturum.

Pudorem oculis inſidere. Xenophontem male a Longino reprehenſum videri, & leuis macula e quodam Platonis loco ſublata.

Cap. XIII.

Longinus opuſculo, quod περὶ ὕψους λόγου conſcripſit, aliquot bonos Authores perſtringit, ob ineptas quaſdam locutiones, quarum eos tam audacter inſimulat, quam frigide conuincit, aut damnat. De quorum authorum numero eſt Xenophon, quem ille aggreſſus, ἀμφικράτει δὲ, inquit, οὐ ξενοφῶντι ἔπρεπε τὰς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν παρθένους λέγειν αἰδήμονας. Tum ſubdit, οἷον δὲ ἡρακλῆς τὸ τὰς ἁπάντων ἑξῆς κόρας αἰσχυντηλὰς εἶναι πεπεῖσθαι, ὅπου φησὶν οὐδενὶ οὕτως ἐνσημαίνεσθαι τὴν τινῶν ἀναίδειαν ὡς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς. Deinde adhuc ſubiungit, inurbanam eam vrbanitatem, qua dicebat Timæus quemdam ἐν ὀφθαλμοῖς ἔχειν οὐ κόρας, ἀλλὰ πόρνας, Xenophonti a Timæo ſubreptam fuiſſe. Quæ omnia quam inconſulte, quamque imprudenter Longinus dixerit mirari ſatis non poſſum: nam vt ordine inuerſo, ab vltimo ad primum deueniam, aſſeuerare auſim, nullum plane eſſe, in toto Xenophonte, locum, vbi elegans ille, & non inſulſus, vt Longinus autumat, iocus poſſit repeririri. Et vero Xenophontis non eſt, ſed Demoſthenis, cui eum adſcribit Plutarchus. Velim etiam docuiſſet Longinus, quonam opere, aut loco, Xenophon dixerit, in homine, nulla alia parte melius, quam in oculis, impudentiam denotari: id enim nuſquam a Xenophonte dictum inueni, ſed ab Ariſtotele, qui vt refert Athenæus libro ſecũdo

διπνοσοφ. aiebat, τοὺς ἐραστὰς εἰς οὐδὲν ἄλλο μέρος τοῦ σώματος τῶν ἐρωμένων ἀποβλέπειν ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἐν οἷς τὴν αἰδῶ κατοικεῖν. Viderit ergo Longinus quam caute ſub nomine Xenophontis, Græcorum Oratorum principem ineptæ locutionis accuſet, quamque pudenter, in deſignanda pudoris ſede, magnũ illum naturæ Myſten reprehendat. Certe Xenophontem, non alibi, quam ἐν λακεδαιμονίων πολιτείᾳ, pudorem oculis inſidere, velle conſtat, in qua hæc leguntur. ἐκείνων γοῦν ἧττον μὲν ἂν φωνὴν ἀκούσαις, ἢ τῶν λιθίνων, ἧττον δ' ἂν ὄμματα μεταστρέψαις, ἢ τῶν χαλκῶν, αἰδημονεστέρους δ' ἂν αὐτοὺς ἡγήσαιο καὶ αὐτῶν τῶν ἐν τοῖς θαλάμοις παρθένων. Vbi pulcherrima eſt & feſtiuiſſima διλογία, tum in voce παρθένος, cui concinit vox κόρα, quæ pupillam ſignificat, hod eſt, medium oculi, & puellam, tum in voce, θαλάμοις, quæ non ſolum pro cubili ſeu cubiculo ſumitur, ſed etiam pro cõcauo eo ſpatio, fronti proximo, in quo poſiti ſunt oculi. Eat ergo Longinus, & obeliſcum, quo Xenophontem figere voluit, ipſe patiatur: eadem enim opera, ſi eius in Xenophontem animaduerſio valeret, Homerũ ipſum reprehendi oporteret, qui impudentem vocat κυνὸς ὄμματ' ἔχοντα. Et Sapphum hoc verſu, αἰδώς κέν σε οὐκ εἶχεν ὄμματα. Et Ariſtophanem, ἀλλὰ τούτοις γ' οὐκ ἐνὶ οὐδ' ὀφθαλμοῖσιν αἰδὼς τῶν παλαιῶν ἐμβάδων. Et Theocritum, διέστιχε μάλα νομεύειν ὄμμασιν αἰδομένη. Quo reſpiciens quiſpiam è Latinis dixit, *pudore oculos ſuffuſa nitentes*. Sed quando de pupilla ſeu κόρα loqui cœpimus, non abs re fuerit, egregium quemdam Platonis locum, qui in hac ipſa dictione laborare, ſeu,

vt ita dicam, lippire videtur, adhibito collyrio ſanari. Ita igitur Plato, in Alcibiade ſecundo, vbi de cognitione ſui, quæ melior pars eſt ſapientiæ, diſſerit. ἐννενόηκας οὖν ὅτι τοῦ ἐμβλέποντος εἰς τὸν ὀφθαλμὸν τὸ πρόσωπον ἐμφαίνεται ἐν τῇ τοῦ καταντικρὺ ὄψει, ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ, ὃ δὴ καὶ κορυφὴν καλοῦμεν, εἴδωλον ὂν τοῦ ἐμβλέποντος. Omnino legẽdum κόρην, non κορυφὴν, neque enim κορυφὴν, pro pupilla, aut oculo, vſquam, quod ſciam, ſumptum inueneris, aut denique quadrare poſſe ei rei quam ibi Plato intelligit. At κόρην optime, vt paſſim apud bonos quoſque authores, vt apud Ariſtotelem, libro περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν· ἡ κόρη καὶ τὸ ὄμμα ὑδατός ἐστιν. Et paulo poſt, διὰ τὸ οἷον λαμπτῆρά τινα ἀποτμηθῆναι τὸ διαφανὲς, καὶ τὴν καλουμένην κόρην. Qui autem fieri potuit, vt ea menda, quæ cum fœdiſſima ſit, in eminentiſſimo tamen loco, locum ſibi fecit, Henrici Stephani & aliorum, qui in recenſendis Platonis operibus tam diligentem operam nauarunt, oculos effugerit, & huc vſque in tam diſerto ſcriptore latuerit, non video.

Acutum Fabij reſponſum a Cicerone & Plutarcho litteris conſignatum. CAP. XIIII.

AN Plutarchi ſit libellus is qui de clarorum hominum dictis inſcribitur, quique inter eius opera vulgo numeratur, alijs diſceptandum ac diiudicandũ reliquo. Sed quiſquis eſt illius author, inter plurimas eaſque notabiles magnorum virorum voces, hanc Q. Fabio Maximo tribuit. μάρκου δὲ λιβίου τοῦ τὴν ἀκρόπολιν φρουροῦντος, δι' ἑαυτὸν ἑαλωκέναι τὴν πόλιν λέγοντος, οἱ μὲν ἄλλοι κα-

τεγέλων, ὁ δὲ φάβιος εἶπεν· ἀληθῆ λέγεις· εἰ γὰρ μὴ σὺ τὴν πόλιν ἀπέβαλες, οὐκ ἂν ἐγὼ ἀνέλαβον. Quæ Græcus author a Cicerone mutuatus videtur in dialogo de Senectute, vbi M. Cato idipſum extollens, atque ita loquens inducitur. *Tarentum vero qua vigilantia, quo conſilio recepit? Cum quidam me audiente, Salinatori, qui amiſſo oppido fugerat in arcem, glorianti atque ita dicenti, mea opera Q. Fabi Tarentum recepiſti: certe, inquit ridens nam niſi tu amiſiſſes, numquam recepiſſem.* In quibus elegãs ille oppoſitorum cõcurſus plurimum elucet in verbis græcis, propter inſignem παρονομασίαν, quæ in ijs eſt.

Attij & Pacuuij plures, ex Armorum iudicio, verſus emendati, explicati, et a Naſone imitati.

Cap. XV.

MOnuimus, Naſonem in conſcribẽda Metamorphoſi Græcorum Poëtarum ope & auxilio frequenter feliciterque vſum fuiſſe: ne vero quis arbitretur, illum ſuos homines plane neglexiſſe, & eorum libros indignos exiſtimaſſe, quibus euoluendis ac imitandis, aliquid operæ & laboris impenderetur, reſtat vt ne quidem veterum illorum, qui lutulenti & turbidi fluebant, vt loquitur Horatius, monimenta, licet aranearum plena, & tetricæ dictionis ſqualore obſoleta, non dedignatum fuiſſe oſtendamus, ſed potius ex ijs multa decerpſiſſe, quæ tam apte, tamque accommodate, in ſuos vſus vertit, vt ſua tantum afferre, non aliena vſurpare merito videatur. At ne huc illuc vagemur incerti, vnicam tantum teſſellati illius operis particulam ſumemus in manus, qua & nobis fidem faciamus,

faciamus, & ingenioſiſſimi Poëtæ induſtriam, admiratione non minus, quam imitatione digniſſimam ſpectandam omnibus præbeamus. Scripſit igitur Naſo, Aiacis & Vlyſſis de Achillis armis diſceptationem, exemplo, vt opinor, Pacuuij & Attij, qui ambo eam ipſam fabulam ediderant, hic quidem de ſuo, alter vero ex Æſchylo tantum verſam, in cuius Tragœdiis, ὅπλων κρίσις etiam hodie numeratur, & plurima ex vtroque depromſit vt ex multis fragmentis, quæ diuerſis locis extant, ſatis apparet. Citantur hæc a Macrobio, ex Attiano Armorum iudicio,

Nam trophaeum ferre me a forti viro pulchrum eſt,
Si autem & vincar, vinci a tali nullum eſt probrum,

Quæ, niſi mea me fallit coniectura, verba ſunt Aiacis congreſſum & certamen illud ſuum cum Vlyſſe velut ægreferentis. Quidam malunt, *Si autem et vincat*. Germana lectio eſt, *Si autem & vincam*: Ita enim idem Aiax apud Naſonem.

Sit licet hoc ingens quicquid ſperauit Vlyſſes,
Ipſe tulit pretium iam nunc certaminis huius,
Quod cum victus erit, mecum certaſſe feretur.

Qua etiam mente dictum cenſendum eſt, quod idem Aiax indignabundus, ipſo ſtatim initio ſuæ orationis exclamans ait, --- *& mecum confertur Vlyſſes?* Quodque viciſſim ab Vlyſſe profertur, --*Et ſe mihi comparat Aiax*? Pũtarim tamen vtrũque ad huius Erotematis inſtar effictum, quod citat Nonius, *Quid eſt cur componere auſis mihi te, aut me tibi?* At ille verſus, qui ab eodem Nonio refertur, ex eodem Iudicio, *In queis ſalutis ſpeſque* *Non. in v. Componere.*

In v. Exerciti. *ſummas ſibi habet ſumma exercitii*, de ſeruatis ab Aiace nauibus cum Troiani in eas ignem immittere conarentur, intelligendus eſt, vt ex Naſone conſtat, qui integrum eum verſum, in tria tantum verba contraxit.

Nempe ego mille meo protexi pectore puppes,
Spem veſtri reditus.

Sunt & alia pleraque fragmenta, apud varios authores diſperſa diuulſaque, queis licet nec fabulæ, nec authoris nomen remanſerit, facile tamen vnde profecta ſint dignoſcitur. Vt in annoſis amphoris ſolet contingere, ex quibus licet pictacia, patriam & Conſulem indicantia, ex earum ceruicibus deciderint, aut præ nimia fuligine & vetuſtate fugientium litterarum notæ euanuerint: deprehendi tamen poteſt ex ſapore & guſtu, an Campanum aut Cæcubum, an Opimianũ aut Anitianum vinum in iis defuſum ſit. Quis enim, quæſo, negare audeat hos verſus, quos ἀδεσπότους ſuis Officiorũ libris Tullius inſeruit, ex Armorum iudicio, ſiue Pacuuiano, ſiue Attiano eſſe deſumptos? Lib. 3. Offic.

Cuius ipſe princeps iuriſiurandi fuit.
Quod omnes ſcitis, ſolus neglexit fidem,
Furere aſſimulauit, ne coiret inſtitit.
Quod ni Palamedis perſpicax prudentia
Illius percepſet malitioſam audaciam,
Fidei ſacratæ ius perpetuo falleret.

Verba ſunt Aiacis φυγομαχίαν aduerſario, & belli detrectationem fictitio furore ſimulatam exprobrantis: ſed melius adhuc, acutiuſque Naſo.

Arma neganda mihi, potiorque videbitur illis
Vltima qui cœpit, detrectauitque furore
Militiam ficto donec ſolertior iſto

Et ſibi inutilior timidi commenta retexit
Naupliades animi, vitataque traxit ad arma.

Ex quibus colligere potes, quam variis diuerſiſque modis vna eademque res efferri queat: Illic enim fidei violatæ ſcelus obijcitur Vlyſſi, & iuriſiurandi contempta religio; hic animi mollities & φιλοψυχία. Eiuſdem cum ſuperioribus notæ sũt hæc, apud Chariſium, quæ præclaram habent cum illuſione coniunctam diſſimulationem & μυκτηρισμὸν, quo quod ſuum eſt tribuit Vlyſſi Aiax, & quod Vlyſſis, ſibi tanquam proprium aſſumit. Lib. 4.

Vidi te Vlyſſes ſaxo ſternentem Hectora,
Vidi tegentem clypeo claſſem Doricam,
Ego tunc pudendam trepidus hortabar fugam.

Tria dicit Aiax, quæ pluribus apud Naſonem proſequitur, nimirum ſuam cum Hectore μονομαχίας, propugnatas atque ſeruatas ab ignibus Troianis, Græcorum claſſes, & fugam Vlyſſis, aduentante ad eas Hectore. Citat etiam hæc author Rhetoricorum ad Herennium, & ex eodem ni fallor, authore, & fabula. Lib. 2.

Aperte fati dictio, ſi intelligas,
Iubet. potiri ſi ſtudeamus Pergamo,
Tali dari arma, qualis qui geſſit fuit.
Quæ ego profiteor eſſe mea, nam me æquum eſt frui
Fraternis armis mihique adiudicarier,
Vel quod propinquus, vel quod virtute æmulus.

Fati dictio, περιφραστικῶς, pro ipſo fato: cur enim de Oraculo hic ſomniet Lambinus, neſcio, cum nullius Oraculi, quod ad id de Achilleis armis Iudicium ſpectaret, mentio fiat, ſiue in Naſone, ſiue in vllo alio, quod ſciam authore. Deinde miror

Digitized by Google

quid Aurato venerit in mẽtem, cum pro, *fraternis*, ſubſtituendum ac legendum putauit, *paternis*, niſi forte eo errore ductus fuit, quod ea verba Neoptolemi Achillis filii eſſe exiſtimarit, non Aiacis, qui eodem plane modo fraterna vocat, apud Naſonem.

Frater erat, fraterna peto.

Quia nempe Telamon & Peleus fratres erant, & qui ex duobus fratribus procreati ſunt, vbique in libris iuris, fratres patruelles appellantur, vt l. 1. §. iiij. & l. vlt. §. eodem gradu. D. de grad. affinit. & alibi ſæpe. Et Caſſandra apud Lycophronem, ξύναιμον Teucrum vocat, id eſt, fratrem, quod is ex Heſiona Priami ſorore natus eſſet.

ὁ μὲν πατρὸς μομφαῖσιν ἠλαστρημένος
ἐμὸς ξυναίμος.

Sed ad rem. Vt in odium & inuidiam idem Aiax ſuum Vlyſſem adducat, Philoctetæ miſerias & diuturnam in Lemno moram, ei tanquam authori tribuit & improperat, ac ita de Philocteta loquitur: --- *Fractus morboque fameque*
Venaturque aliturque auibus, volucreſque petendo
Debita Troianis exercet ſpicula fatis.

In quibus, *Velatur*, magis probauerim, quam *Venatur*, & ei Lectioni, repugnantibus licet omnibus Codicibus excuſis, imo & manuſcriptis, apertè fauet Attius apud Ciceronem. *Epiſt. ad Volumn.*

---- *Ingemiſcimus,*
Quod hac pennigero non armigero in corpore
Exerceantur tela, abiecta gloria.

Et alibi adhuc ex eodem Attio, idem Cicero ait, *Philoctetam pennarum contextu corpori tegumenta* *Lib. 5. de finibus. bon. & mal.*

feciſſe. Pannoſum tamen & ῥακώδη videtur eum facere Sophocles, cum Neoptolemum inducit in ipſo antri aditu, pannos inuenientem ſanie aſperſos & in ſole apricantes. Certe ſagittarum aucupio victitaſſe Philoctetam, dum in Lēno ageret, innuit, cum Naſone, idem Tragicus.

γαςέρι μὲν τὰ σύμφορα
τόξον τόδ' ἐξευρίσκε τὰς ὑποπτέρους
βάλλον πελείας.

Quin etiam Pacuuiani iudicij, ſi Nonio credimus, partem fecit hic verſiculus. *Qui viget veſcatur armis, vt percipiat præmium.* Qui, ſi recte ſuſpicor, finis fuit & epilogus orationis Aiacis, & patet ex Naſone, qui Pacuuij mentem, latiori ſtilo, ſic explicuit. *In v. Veſci.*

Denique quid verbis opus eſt? ſpectemur agendo,
Arma viri fortis medios mittantur in hoſtes,
Inde iubete peti, & referentem ornate relatis.

Et hic quoque finem cum Aiace Naſoniano facerem, niſi illud etiam non prætermittendum putarem, videlicet citari alicubi hos Æſchyli verſus ex eius ὅπλων κρίσεως.

ἀλλ' ἀντικλείας ἆσσον ἦλθε σίσυφος.
τῆς σῆς λέγω τοι μητρὸς ἥ σ' ἐγείνατο.

Quibus Vlyſſi proſapiam ſuam & originem à Siſypho ductam exprobrabat Aiax, vt apud Naſonem, *Siſyphus huic pater eſt,* & quæ ſequuntur, queis ſimile quidpiam vidi ex Pacuuio apud Feſtum. Sed nimis multus ſum, ne γοῦ quidem amplius addam.

Duorum Theocriti verſuum, correctus vnus, alter illuſtratus. Cap. XVI.

ODarium edidit Theocritus de morte Adonidis, in quo fingit aprum, qui Adonidem interfecerat, ab Amoribus, iuſſu Veneris accerſitum, purgare ſe coram, & callidæ excuſationis cõmento veniam deprecari, ſe videlicet, cum in ſylua adoleſcentulum nudo femore dormientem inueniſſet, vehementi deſiderio, tam niuei femoris exoſculandi percuſſum, forte fortuna contigiſſe, vt dente tantiſper exerto, eoque imprudenter impreſſo adoleſcentem læſerit. Verſus, in quibus hæc vltima deſcribit Theocritus, hi ſunt.

ἀλλ᾽ ὡς ἄγαλμ᾽ ἐσεῖδον,
καὶ μὴ φέρων τὸ καῦμα,
γυμνὸν τὸν εἶχε μηρὸν,
ἐμαινόμην φιλᾶσαι,
καί μευ κατεσίναζε.

Integrum locum ſubiiciendum eſſe duxi, quo melius de eo iudicium ferre poſſis. Vides vltimũ eum verſum, neque carminis legi reſpondere, neque ſenſum ſuperioribus accommodatum continere. Itaque legendum cenſeo,

καί μευ κρατὴρ ἔσινε.

κρατῆρα optime vocari crediderim, vnum ex prominentibus iis & aduncis dentibus, in quibus illius animantis præcipua vis & ferocitas, vnde illud, *Fulmen habent acres in aduncis naribus apri.* In homine Pollux dictos putat κρατῆρας, genuinos ſeu molares, qui poſt viceſimum ætatis annum enaſcuntur, & nonnumquam etiam à ſenibus poſt

octogeſimum emittuntur, ideoque σωφρονιστῆρες, dicti ab Ariſtotele. Nec vero me latet nonnullis κραντῆρας potius placere, quã κραντῆρας, vt Scholiaſtæ Nicandri, qui κραντῆρας putat dictos ἀπὸ τὸ κραίνειν καὶ ἀποπληροῦν τὴν ἡλικίαν. Sed cur nõ potius κρατῆρας ἀπὸ τοῦ κρατεῖν? Cum maxillares illi dentes validiores ſint, & tundendis cibis aptiores. Tamen non valde pugno: ſiue κρατὴρ, ſiue κραντὴρ, perinde mihi eſt, modo ſi hoc vltimũ elegeris, leui mutatione facta, legas, in Theocrito καί μιν ἔσινε κραντὴρ, propter verſus legem. Et hãc lectionem firmat, imo ſuggerit Lycophron, qui de eodem Adonide agens ait.

κραντῆρι λευκῷ τόν ποτ᾽ ἔκτανε πέλας.

σίνειν, aut σίνεσθαι, ἐν μέσῳ, idem quod nocere aut lædere, eoque alibi vtitur ipſe Theocritus.

----νεβρὸν ἐν ἑωᾷ
καρχαρόδων σίνεται ἰδὼν λύκος οὐκ ἐθελήσει.

Orpheus agens de Iphiclo curſore, qui vix pedis planta ſummas ariſtas tangebat,

----οὐκέτι καρπὸν
σίνεν ἀήσυρα γυῖα φέρων.

Et σίνις pro nociuo homine, ſeu alio quouis animali ſumitur, Sophocles in Thamyra, αὐτόλυκον πολλῶν κτεάνων σίνιν. Æſchylus in Agamẽn. ἔθρεψε δὲ λέοντα σίνιν δόμοις ἀγάλακτον. Fuit etiã inſignis latro, Sinis nomine, quem immani quodam cruciatu captos a ſe homines trucidaſſe narrat Pauſanias, & Iſthmum pari latrociniorum crudelitate populatum, qua olim Atticam Sciros & Procruſtes infeſtarãt. Eius meminit Seneca in Hippolito, Propertius libro tertio, & Naſo ſeptimo Metamorphoſ. Sed hæc πάρεργα. Repetamus ſtationem.

Finitur Odarium Theocritæum duob. his verſibus.

καὶ τε πυρὶ παρελθὼν
ἔχγει τὺς ἔρωτας.

Belle profectò, & acute: quia, nempè, qua parte quis peccat, eadem puniendus eſt, vt docent Iuriſconſulti. Heraclides Ponticus, ὥσπερ νομόθεται τοὺς πατροτύπτας χειροκοποῦσι, τὸ δυσηβῆσον αὐτῶν μέρος ἀποτέμνοντες, οὕτω ὅμηρος ἐν ἥπατι κολάζει τὸν δι' ἥπαρ ἀσεβήσαντα. ἔρωτας autem vocat Poëta, ἐρωτικὰς ἢ ἐρωτομανεῖς ὀδύνας, ſumpto agente, vt cum Grammaticis loquar, pro patiente. Vt & Horatius, ea ode qua Valgium de morte pueri Myſtæ, quem perdite deperibat, nimis anxium ſolatur,

1. Carm. ---- *Nec tibi veſpero*, inquit,
Surgente decedunt Amores,
Nec rapidum fugiente Solem.

in Alex. Et Virgilius,
---*Teneris incidere Amores Arboribus.*

Et amatorculi dominas vocant ſuas veneres. Petronius, *Quia noſti venerem tuam, ſuperbiam captas.* Anacreon.

ἐν δ' ἀπαλαῖσι κοίλαις
τελεῦ τὰν ἀφροδίταν.

Verſus Homeri, εἰς ξένους, correcti & explicati.
Cap. XVII.

Bene quiſpiam, Naturam Homero matrem, nouercam vero Fortunã extitiſſe aiebat, cum ab illa tot tantiſque ingenij dotibus inſtructus, & ad inuidiam vſque ornatus fuiſſet, & ab hac iniqua & cæca rerum humanarum moderatrice tam male acceptus, vt ei oculos non ſolum inuiderit, verum etiam

etiam rerum omnium,nõ modo quæ ad bene beateque viuendum, ſed quæ ad vitam ipſam tolerandam neceſſariæ ſunt,plane indigentem eſſe voluerit. In quibus anguſtiis cum ſe conſtitutum cerneret Poetarum ille princeps,& mendicantem, forte repulſam paſſum, Cumanos apud quos degebat, his verſibus, qui omnium poſtremi in eius operibus leguntur, ad ſui commiſerationem mouere conabatur.

αἰδεῖσθε ξενίων κεχρημένον ἠὲ δόμοιο
οἳ πόλιν αἰπεινὴν νύμφης ἐρατώπιδος ἥρης
ναιετ' ἐς ἄδην, ἧς πόδα νείατον ὑψικόμοιο,
ἀμβρόσιον πίνοντες ὕδωρ ξανθῦ ποταμοῖο,
ἕβρυ καλὰ ῥέοντος, ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς.

Tertius verſus vitio non caret, & ridicule faciunt Latini interpretes, qui eum pro bene integro accipientes,vertũt ἐς ἄδην, *in longum tẽpus*. Legẽdum, ναίετε σαιδήνης π. ν. υ. nihil additur, nihil detrahitur. Littera finalis verbi ναίετε, cum prima proxime ſequentis coaluerat, & ex diphthongo, αι, facta erat α. σαιδήνη Stephano mons eſt excelſus, ad cuius radices ſita vrbs Cuma, ſeu Cumæ, Æolicarum metropolis: Eum tamen Herodotus & Plutarchus vocant Σαρδήνην. Meminerũt etiam Strabo & Plinius. Pedem montis appellat hic Homerus, vt alibi ſupercilium montis, ἐπ' ὀφρύσι καλλικολώνης. Dionyſius, ἐν περιηγησ. --κεῖται ὑπὸ ζαθέης πόδας ἴδης. Menda etiam inſedit primæ voci vltimi verſus, ἕβρυ, & eius loco ſubſtituendum, ἕρμυ. Hebrus enim, vt ſciunt pueri Poëtarum, Thraciæ fluuius eſt, qui Odryſiũ ſolum alluit, Orphei, cuius parter credius eſt,ortu nobilis. Hermus vero is eſt, qui aureas arenas vo-

In vit. Ho. in parall.

Il. 3.

Cc

luere, cum Gange, Pactolo, & aliis quibuſdam dictus eſt a Poetis, ideoque, *turbidus auro*, a Virgilio, vt hic ab Homero, ξανθὸς ποταμὸς & χαλάζεων appellatur, fluitque in Aſia minore. Solinus, *Smyrnaos vero campos fluuius Hermus ſecat, qui ortus e Dorilao Phrygia, Phrygiam ſcindit a Caria. Hunc quoque fluctibus aureis aſtuaſſe credidit antiquitas. Smyrna, vnde pracipue nitet, Homero vati patria exſtitit, qui poſt Ilium captum, ducenteſimo ſeptuageſimo ſecundo ab humanis exceſſit.*

Cap. 43.

Percurritur hymnus Homeri εἰς πᾶνα.
CAP. XVIII.

Leuiuſculæ quædam, & fere nullius momenti maculæ inhæſerunt hymno Homeri in Pana, quas hac velut ſpongia delere, & detergere operæpretium fuerit, cum nihil ſit quod bonis Authoribus priſtino nitori reſtituendis, ac ſerio intelligendis conducat, contemnendum. In ſexto igitur eius hymni verſu, poſt excitatam Muſam ad celebrandas laudes Diui illius paſtoritias res curantis, ait Homerus.

αὐχμήενθ' ὃς πάντα λόφον νιφόεντα λέλογχε.

Malim, αἰχμήεντα: falcem enim, & cuſpidē, aut baculum agendis & tutandis gregibus dari Pani, Fauno, Priapo, & reliquis Dijs agreſtibus, ſatis notum eſt. Tum demum Panos agilitatem, eiuſque in varia loca receſſum, quippe qui montibus, dumetis, vallibus, & crebra locorum mutatione gaudet, deſcribens Poeta, ſubiungit.

πολλάκι δ' ἀγινόεντα διέδραμεν οὔρεα μακρὰ
πολλάκι δ' ἐν κνημοῖσι διήλασε θῆρας ἐναίρων

ὀξέα δερκόμενος, τότε δ' ἐς σπέος ἔκλαγεν οἴας

ἄκρης ἐξανιών.

Quid ſibi velit τὸ αἰγινόεντα, non video, nec probo Latinos verſores, qui interpretantur, *capris abundantes &* refertos montes: nam quid in rem præſentem huiuſmodi Epithetum? placet, αἰγιλόεντα, hoc eſt, ægilo conſita, & vt loquitur Callimachus, θάμνοισιν ἠὲ αἰγίλῳ πελοσκεπῆ, & in quibus illa cythiſi, aut labruſcorum, ſeu cuiuſuis alterius fruticis ſpecies capellis gratiſſima copioſe naſcitur. Ad alia progredimur. Tertij verſus acroſtichum menda laborat. Scribendum, πόλε δ' ἐς σπέος ἔξαγεν οἴας, aut ſi velis, ἔλασεν, potius, quam ἔκλαγεν, quod in omnibus impreſſis obtinuit. Scilicet, *Pan curat oues*, vt ait Vigil. & Horatius.

Velox amanum ſæpe Lucretilem *Lib. 1. Carm.*
Mutat Lycæo Faunus, & igneam
Defendit æſtatem Capellis
Vſque meis, pluuioſque ventos.

Cætera quæ ſequuntur apud Homerum, bene, ni fallor, habent præter illud,

φεῦγε δ' ἀναΐξας, λεῖπεν δ' ἄρα παῖδα τιθήνη.

Legendum enim, φεῦγε, δ' ἀναΐξασα λίπεν δ' ἄρα π. τ. Nimirum Nutrix Panos, vt eum recens natum vidit corpore hirſuto & villoſo, rei nouitate attonita, proſiliens aufugit, & deſeruit infantem.

Menda de quodam Æſchyli verſu ſublata.
CAP. XIX.

MIrificam quamdam effaſcinādis non ſolum corporibus, ſed etiā animis ipſis, vim oculos habere exiſtimarunt antiqui, & vel ſolo obtutu, aut noxam accipi, aut inferri poſſe. Nec vero tantum nocendi, ſed & iuuandi ac recreandi poteſtatem iis ineſſe crediderunt, & eos quibus omnia proſpere & de voto ſuccederent, quique aliqua in arte excellerent, à quopiam Deorum, naſcentes, benigno placidoque aſpectu dignatos, vt è contra infortunatos, aut ſceleratos homines, Diis inuiſos eſſe. Vnde Eteocles apud Æſchylum, ἑπτὰ ἐπὶ θήβαις, vt Polynicem fratrem, in cuius vitam & mores acerbe inuehitur, nihil vnquam boni egiſſe dicat, hac circumlocutione vtitur.

> ἀλλ᾽ οὔτε μιν φυγόντα μητρόθεν σκότον,
> οὔτ᾽ ἐν τροφαῖσιν, οὔτ᾽ ἐφηβήσαντά πω,
> οὔτ᾽ ἐν γενείου συλλογῇ τριχώματος
> δίκη προσεῖπε καὶ κατηξιώσατο.

In quibus communis & recepta γραφὴ emēdanda eſt, vnius tantum litterulæ mutatione, ſcribendumque προσεῖδε, non προσεῖπε. Cui lectioni manifeſte fauet & ſuffragatur Scholiaſtes, qui in eum locum, οὐκ εἶδεν αὐτὸν, inquit, οὐδ᾽ ἐφίλησεν. Ita Homerus hymno in Apollinem ait capras numquam ſteriles & ſine lacte futuras, ἧσιν ἀπόλλων βοσκομένης ὀφθαλμὸν ἐπήγαγεν. Adſtipulatur Callimachus etiam hymno in Apollinem, & hymno in Dianam, ex quo hæc.

> οὓς δέ κεν εὐμειδής τε καὶ ἵλαος αὐγάσηαι,
> κείνοις εὖ μὲν ἄρουρα φέρει στάχυν.

Huc quoque pertinet illud Theocriti, Eidyllio nono, quod corrupte, & ex anonymo a uthore citat Euſtathius, in οδυσ. κ.

--- οὓς γὰρ ὁρῶσι
χαθεῦσι, τὼς δ' οὔτι πολῷ δαλήσατο κἤργῳ.

De Protogenis Ialyſo, & quid in ea tabella depictum fuerit. CAP. XX.

PErfectiſſimam abſolutiſſimamque fuiſſe oportet tabellam eam, quæ Ialyſi nomen habebat, quæque tam religioſe Rhodi aſſeruabatur, cum & egregius artifex Protogenes in ea elaboranda ſeptem integros annos impenderit, & Apelles ipſe cum ad eam viſendam veniſſet, primo quidem ſtupefactus & in admirationem raptus aliquādiu obmutuerit, tum erumpens exclamarit, tam excultū, tamque diuinum opus, cœlum ipſum ſua præſtantia & dignitate attingere. De eo mentionē faciunt, Plutarchus, Ælianus, Plinius, & alij plærique, inter quos Gellius aut opinione ſua, aut certè memoria falſus fuit, dum ſcripſit, eo iam tum tempore, quo Demetrius Poliorcetes Rhodum caſtris & machinis admotis oppugnabat, Protogenem è viuis exceſſiſſe; cum & Plutarchus, & Plinius, eum tunc vixiſſe, & à Demetrio, cum in ſuburbano hortulo pingeret, ſæpius inter armorum, ſtrepitus, & murorum ictus, ſpectatum fuiſſe tradiderint. Quinetiam ſomniat idem Gellius, cum Ialyſum, vnicam obſidionis illius faciendæ & ſoluendæ cauſam fuiſſe aſſerit: faciendæ quidem, quod Demetrius tantam pulcritudinem Rhodiis inuideret: ſoluendæ vero, quod vt imagini parceretur, vrbi quoque parcendum fuit. Nam Plutarchus, qui hiſtoriæ fide

longe commendatior eſt, rem aliter habuiſſe narrat, ideoque Demetrium Rhodiis bellum intuliſſe, quod cum Ptolemæo Philadelpho, cuicum capitales inimicitias exercebat, ſocietatem eos iniſſe reſciuiſſet, ac demum Rhodios tam fortiter reſtitiſſe, tamque ſtrenue obſidionem ſuſtinuiſſe, vt, re infecta, caſtra mouere coactus fuerit Demetrius, ea tamen conditione & lege vt deinceps Rhodios Demetrius & Antigonus eius pater ſocios haberẽt, præterquam in Ptolemæum. Sed aliud dicere volebamus, & quid in ea Protogenis tabella depictum eſſet, quærere, cum nullus ſit, quod ſciam, ex antiquis, qui id clare & aperte demonſtrarit. Itaque cum eo res venerit, vt diuinatione & coniecturis opus habeat, libere dicam quod ſentio. Tres in vrbe ſeu inſula Rhodo vicos, aut potius vrbes fuiſſe, vel ex Pindaro conſtat, qui eam τρίπολιν νῆσον vocat, imo & Homerus ipſe, qui vniuſcuiuſque vici nomen profert hoc verſu,

λίνδον ἰήλυσόν τε ϗ ἀργινόεντα κάμειρον.

Nempe ex tribus, vt alij fabulantur, Cercaphi & Cydippes filiis, qui ταύτας πόλεις κτίσαντες, ἐπωνύμους αὐτῶν ἐποίησαν, aut, vt placet Pindaro, ex tribus filiis Rhodi nymphæ, quam ab Apolline compreſſam fingit, in Olympicis, vbi Ialyſum ceteris duobus, nempe Lindo & Camiro celebriorem facit, ϗ πρεσβύτερον, quod & natu grandiorem ſignificat, & auguſtiorem. Certum autem eſt, Protogeni patriam Caunum fuiſſe, Oppidum ad Calbin amnem, non longe à Rhodo, imo & ei ſubditum. Vnde factum puto, vt Protogenes, ſiue ita cum iis qui Ialyſum incolebant, pacto conueniſſet de pingenda ea parte vrbis, ſiue illis de ſuo

Ode 7. Olymp.

gratulari vellet, melius optatis aut conuentioni ſatisfacere ſe non poſſe cogitarit, quam ſi non ingenium loci, non tecta, non domos, non perpetuo Sole lætam vrbem, & ἀμφιθάλασσον, ſed puerum, egregia & luculenta forma ſpectabilem, exprimeret, roſam manu tenentem, propter vrbis nomen, aut forte venantem, quod ſuſpicari iubet canis ille, in quo fortuna naturam fecerat, vt loquitur Plinius, aut vero quid uis aliud agentem. Ratio nunc huiuſce meæ coniecturæ reddenda eſt. Me ergo impulit, vt id crederem, primum, quod apud bonos authores, Tullium præſertim, animaduerti, fere ſemper Ialyſum cum Appellis Venere iungi, vt in libro de Oratore. *Nec ſolum ab opimis ſtudijs excellentes viri deterriti non ſunt, ſed ne opifices quidem ſe artibus ſuis remouerunt, qui aut Ialyſi, quem Rhodi vidimus, aut Coa veneris non potuerũt pulchritudinem attingere.* Et in epiſtolis, *Et vt Apelles ſi Venerem, & Protogenes Ialyſum ſuum cano oblitum videret, magnum credo acciperet dolorem, &c.* Quid quæſo commune Veneri Apellis, & Protogenis Ialyſo fuit, niſi quod cum vtraque tabella eſſet eximia, in hac pueri, in illa virgunculæ imago effecta eſſet? Et profecto non video, quam materiam aut formam Protogenes, artis & induſtriæ ſuæ exercendæ potiorem aptioremque eligere potuiſſet, quam humanam, in qua pingenda & fingenda propter neceſſariam lineamentorum & totius corporis exactæ ſυμμετρίας obſeruantiam, atque vmbrarum apte diſponendarum difficultatem, ſummi quique opifices ſummum opus eſſe duxerunt. Deinde vero ſcimus antiquos cum Poetas, tum Pictores, dum

Lib. 2. Ep. 21.

fluuios, montes, oppida, aut quid piam ſimile repræſentare vellent, id ſæpius forma humana & fictitia feciſſe, quam natiua & vera. De Poetis, tam notum eſt, quam quod notiſſimum, illos, eas res inanimatas, ὥστε ζῶσας καὶ λαλοῦσας ſuis verſibus intexere. Quod ad Pictores attinet, inſignia vbiq. proſtant exempla, vt Oropi apud Philoſtratum in Amphiarao, & Cythæronis, apud eundem in Semele. Et Ælianus docet Acragantinos τὸν ἐπώνυμον τῆς πόλεως ποταμὸν παιδὶ ὡραίῳ εἰκάσαντας αὐτῷ θύειν, eique ſtatuam eburneam elegantis pueri ſpecie in templo Delphico collocaſſe. Denique meam illam de Protogenis Ialyſo opinionẽ penitus firmat περιηγήσεως Dionyſij commentator & interpres Euſtathius, qui de Rhodo agens, de Coloſſo ingenti, deque rebus aliis inſignioribus, quæ ibi viſebantur, addit, ἐκεῖ δὲ καὶ ὁ καλὸς πέρδιξ ἦν τὸ τοῦ πρωτογένους ὑμνούμενον ἔργον. Vbi πέρδιξ, opinor, ſumi debet, pro delicatulo & formoſulo puello.

Lib. 2. Var. hiſt. c. 33.

Aliquot eorum exempla, qui cum ſtudio legum & Cauſidicinæ incumbere cœpiſſent, ab eo deſtiterunt, animaduerſa, & Nicephorus imprudentiæ notatus. CAP. XXI.

NOn omnibus adire Corinthum, nec cuiuis Themidis ſacra tractare licet: Quotus enim quiſque eſt, ex tanto illorum numero, quos Iuriſprudentiæ nomina dare, & ad eam capeſcendam accedere videmus, qui non aut turpi deſidia, aut vero etiam inſcitia ſua, Aduocatorum nomen infamet? Fuerũt & ex clarorum virorum grege nonnulli, qui ſiue ſtudii difficultate & aſſidua ea litiũ

tracta-

tractatione deterriti, vt credibile eſt, ſiue alia quauis ratione impulſi, nuntium remittere, & de alio vitæ genere amplectendo cogitare coacti ſunt. In quibus fuiſſe dicitur Herodotus, qui, vt Suidas, ex fide Menandri cuiuſdam Hiſtoriarum ſcriptoris, refert, τῆς πρὸς τὸν νόμον ἀπογευσάμενος παιδείας, εἶτα ἀφηνιάσας τῆς περὶ ταῦτα σπουδῆς. *In v. μένανδρος* Et ille ipſe Menander de ſe commemorat, & vel inuitus cogitur fateri, ſe oneri ferendo imparem fuiſſe, & cauſis agendis male natum, οὐ γάρ μοι θυμῆρες ἦν, inquit, ἀγωνίζεσθαι δίκαις, οὔτε μὴν ἐν τῇ βασιλείῳ στοᾷ θαμίζειν, καὶ δεινότητι λόγων τὰς τῶν ἐντυγχανόντων οἰκειοῦσθαι φροντίδας. Quinetiam D. Chryſoſtomus, cum exercendæ cauſidicinæ animum appuliſſet, tum demum ab ea deſtitit, & relictis Iuriſconſultorum libris, totum ſe ad ſacrarum litterarum lectionem & ſtudiũ contulit, non quod primum illud vitæ genus, tanquam iniquum & improbum auerſatus eſſet, vt vult Nicephorus Calliſtus, qui id non ex mente tanti viri, *Li.13. Hiſt. Eccl.c.2.* ſed de ſuo tantum, non minus ignoranter quam impruděter effutiuit: Sed quia cum vir pius & eloqués, Eccleſiæ tunc labãtis vtilem ſe ac neceſſarium propugnatorem agnoſceret, ſeſe integrum illi, cæteris rebus, vt par erat, penitus neglectis & valere iuſſis mancipandum dedit.

Plures etiam annos Iuri ediſcendo cum impendiſſet Petrarcha, futurus, vt ipſe teſtatur, magni prouentus adoleſcens, tamen à cœpto curſu pedem reuocauit, non quod legum vſum & ſtudium iniquum exiſtimaret, (quod enim paradoxum a cõmuni ſenſu & veritate ipſa magis alienum excogitari poteſt?) Sed quia temporum ſuorum nequitia

deprauatum eſſet, ac corruptum. *Itaque nolui*, inquit, *perdiſcere, quo inhoneſte vti nollem, & honeſte vix poſſem, & ſi vellem, puritas inſcitiæ tribuenda eſſet.*

Epiſt. de Orig. & vita ſua.

Græcorum, cum e longinquo itinere in patriam redirent, eam ſalutandi mos præclare a Virgilio obſeruatus. CAP. XXII.

RItum & morem antiquum exprimere cenſendus eſt Virgilius, ſeptimo diuini operis, cum Troianis in agrum Laurentem, poſt longas terra marique peregrinationes, pedem immitentibus, Æneam inducit agnoſcentem ſe in eam mūdi plagam delatum, in qua tandem ſiſtendum eſſet, atq. ita loquentem.

--- Salue fatis mihi debita Tellus,
Voſque, ait, O fidi Troia ſaluete Penates.

Solebant enim veteres, ſi quando peregre abfuiſſent, & dulci patriæ aſpectu diu caruiſſent, redeuntes eam blande ſalutare, ſiue id natalis ſoli & reuerentiæ tribuerēt, ſiue religioſæ cuipiam obſeruantiæ. At obijciet forte aliquis fieri non poſſe, vt ad eum morem reſpexerit Poëta, cum è Phrygia oriundus eſſet Æneas, & in eam terram tunc delapſus, quæ illi nunquam antea viſa, aut cognita fuerat. Rationem ipſe ſtatim ſubiungit. *Hac domus, hac patria eſt.* Itaque nihil mirum, ſi cum Oenotriam pro vera ac germana patria agnoſceret Æneas, eam etiam tanquam patriam exciperet, atque ſalutaret. Id autem antiquitus in more poſitum fuiſſe apud Græcos, pluribus exemplis demonſtrare facillimū eſt, vt Ruſtici cuiuſdam apud Menandrum, qui poſt diuturnam abſentiam, ad

agellum ſuum rediens, ita eum alloquitur.

χαῖρ᾽ ὦ φίλη γῆ, διὰ χρόνου πολλοῦ σ᾽ ἰδών,
ἀσπάζομαι· τινὶ γὰρ οὐ πᾶσαν ποθῶ
τὴν γῆν.

Item Agamemnois, apud Æſchylum, in Tragœdia ſui nominis, vbi Argos reuerſus poſt decennalem expeditionem, & euerſum Ilium, ait

πρῶτον μὲν Ἄργος καὶ θεοὺς ἐγχωρίους
δίκη προσειπεῖν τοὺς ἐμοὶ μεταιτίους
νόστου, δικαίων θ᾽ ὧν ἐπραξάμην πόλιν
Πριάμου.

Ex quibus videre eſt, hanc earum ſalutationum præcipuam cauſam fuiſſe, quod reditum ſuum, & proſperos omnes euentus, Diis Penatibus, & aliis quos colebant, acceptos referrent. Græca illa imitatus eſt Latinus Tragicus, in Agamemn.

Tandem reuertor ſoſpes ad patrios lares.
O chara ſalue terra, tibi tot barbara,
Dedere gentes ſpolia, tibi felix-diu
Potentis Aſia Troia ſummiſit caput.

Vbi pro, *Troia*, legendum puto, *domina*, aut quidpiam ſimile, in cuius locum imperitus Librarius ſubſtituit *Troia*, quod, vt veriſimile eſt, notatum fuerat à ſtudioſo aliquo, in ora libri. Sed ad propoſitum. Eodem quoque modo, apud Terentium, Phormione, cum Demipho ſenex peregre profectus, tandem è Cilicia in vrbem rediiſſet, *Ego*, inquit, *Deos Penates hinc ſalutatum domum diuortar, inde ibo ad forum*. Accuratus igitur Poëta cuique nihil, in Græcorum moribus & libris, ignotũ, illibatum-ve remanſit, præclaram eam conſuetudinem, & religionis plenam, in ſuo Ænea prætermittere noluit.

Gloriam vere eſſe Virtutis vmbram, notatum ex Cicerone & Pindaro. CAP. XXIII.

VT virtutem immortalem eſſe oportet, ac ſempiternæ hominum memoriæ commendari, cum ex principio immortali, qui animus ipſe, eſt proficiſcatur: ita & eam, quæ ex Virtute originem ducit, quæque hominum præclare geſtis perpetuo ſe comitem addit, gloriam eſſe par eſt immortalem, & nullis temporum ſpatiis, nulloque terrarum ambitu circumſcribi. Qua de re differens Tullius, libro primo Tuſculanarum quæſtionum. *quamquam enim*, ait, *ſenſus abierit, tamen ſummis & proprijs bonis & laudis & gloria, mortui non carent. Et ſi enim nihil habeat in ſe gloria cur expectatur, tamen virtutem tanquam vmbra ſequitur*. Adprime ad mentem Tullij, Pindarus ὀπιθόμβροτον ἄυχημα δόξας appellat, vt eam Mortales ſubſequi potius, quam præcedere oſtendat: more, ſcilicet, vmbræ, cui optime gloriam cōparari arbitror, duas præſertim ob cauſas. Prima quidem, quod in oculis & conſpectu omnium, quibuſcum degimus, poſiti, velut in medio Sole verſamur, tātum meriti & gloriæ, quantum virtutis aſſequētes: & vt in occaſu maior vmbra eſſe ſolet, quam in meridie, aut ipſo ortu, ita etiā fit, vt potiorē mortuis, quam viuis hominib. laudem tribuamus, & magis abſentem, quam præſentem miremur & amemus virtutem. Deinde ferè ſemper accidit, vt quemadmodum vmbra, eam conanti manu prehendere, ſtatim elabitur, fugientem premit & æquis paſſib. comitatur; ita & gloria, auerſantem ſectatur, ludit vero, ac eludit ſui appetentem.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google